II

VIDI
VIDII
DE
CHIRURGIA

Manoscritti

Questo manoscritto è stato digitalizzato per desiderio del professor Massimo Ceruso, Direttore della Struttura di Chirurgia della Mano dell'Azienda Ospedaliera Universitaria di Careggi (1998-2018).

La digitalizzazione è stata donata dai Colleghi in data 26.11.2018

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE Mss FIRENZE
II
III
31
Provenienza
Magliabechi.
Vecchia Collocazione
Magl. cl. XV, n. 41
1896

Guido GUIDI. De chirurgia libri IV.
Manoscritto di notevole interesse, dedicato a Cosimo I (prima del 1557): risente fortemen= te della lunga consuetudine del Guidi con i testi dei chirurghi greci. Le illustrazioni, il cui autore è sconosciuto, ricalcano quelle del codice parigino 6861. → Salviati (attr. Dr. Alex. Geck) 8 XI 2001

Firenze, Bibl. Nazionale, II,III,31

III

VIDII (Vidi)
de Chirurgia Libri IV.

Cod. 31.

Ex Libris Antonii Magliabechii non.
Julii 1714.
Catalogus primus nostrae Bi=
bliothecae.

In Catalogo primo noſtrae Biblio=
thecae Cl. XV. P. 1. Cod. 41. Vidi
VIDII de Chirurgia & arche=
typ. Saec. XVI.

Vidii (Vidi) de Chirurgia Libri IV. ad Cosmum Medicem Reipublicae Florentinae Ducem. Cod. archetyp. in fol. chart. foll. scriptt. 191. ante annum 1557. scriptus, quod iisdem rationibus probatur quibus Cod. 30. P. III. ante id tempus scriptum fuiſse demonstravi. Figurae quae in opere occurrunt a peritiſsimo pictore qui circa illa tempora florebat affabre pictae sunt.

Fuit

Cosmi I. Reipublicae Florentinae Ducis ac postmodum M. E. D. cui inscriptum est opus et aliorum Mediceorum MM. E. DD. usque ad Cosmum III. cuius tempore a Bibliotheca Palatina abstractum fuiſse videtur, ad illam enim perti=

nuiſse non dubito una cum
Codd. 29. 30. 32. P. III.
Antonii Magliabechii, quod commodatus
vel alio pacto acceptus a Bi=
bliotheca Palatina, tempore
eiusdem mortis nondum res=
titutus fuerat, eaque de caus=
sa inter alios Libros ad Bi=
bliothecam transiit.

VIDII (Vidi)
de Chirurgia Libri IV.

AD COSMVM MEDICEM
REIPVBLICAE FLO-
RENTINAE DVCEM

VIDI VIDII DECHI-
RVRGIA LIBRI
QVATVOR

INDEX EORVM QVAE IN QVATVOR LIBRIS VIDI VIDII DE CHIRVRGIA CONTINETVR

+

Liber primus, qui est de ijs, quæ pertinent ad chirurgia in universum.

Quid sit chirurgia, qua ratione uel tradita ab alijs fuerit, uel tradi debeat. Cap. p.m

Quæ communia sunt chirurgiæ, quot et qualia esse debeant Cap. IIm.

Qualem esse medicum oporteat Cap. IIIm.

Quod sit officium ægrotantis Cap. IIIIm.

De officio ministrorum Cap. Vm.

Qualia oporteat esse instrumenta Cap. VIm.

De lumine Cap. VIIm.

De divisione totius chirurgiæ in operas. Cap. VIIIm.

Liber secundus, qui est de operis inservientibus.

De unctione Cap. p.m

De opera manus inserviente [illegible] ad [illegible] Cap. IIm.

De remotione pilorum, notatione per atramentum, de [illegible] [illegible] inservientibus ad cognoscendum & curandum simul. Cap. IIIm.

De opera manus inserviente medicamentis admouendis. Cap. IIIIm.

De opera manus inserviente ad educendum. Cap. Vm.

De uenarum et arteriarum sectione. Cap. VIm.

De sectione cutis ad sanguinem detrahendum. Cap. VIIm.

De [illegible] Cap. VIII.m
De sanguisugis Cap. VIIII.m
De figurando, collocando, obuoluendo Cap. X.m

Liber tertius, qui est de operis partium
[illegible]ctibus partim agentibus:

De [illegible]. Cap. I.m
De [illegible]. Cap. II.m
De [illegible]. Cap. III.m
De [illegible]. Cap. IIII.m
De nominibus ac differentiis fasciarum. Cap. V.m
De uinculis singularum partium à capite ad pedes. Cap. VI.m
De usu quem præstant fulcimenta. Cap. VII.m
De [illegible] ad fulciendum. Cap. VIII.m
De ratione adhibendi fulcimenta. Cap. VIIII.m
De extendendo. Cap. X.m
De laqueis. Cap. XI.m
De instrumentis quibus preter laqueos utimur. Cap. XII.m

Liber quartus, qui est de operis agentibus in componendo partes nostri
corporis preter naturam affectas: et educendo ea, que noxia sunt et inutilia.

De coniungendis quæ preter naturam disiuncta sunt. Cap. I.m
De dividendis quæ [illegible]. Cap. II.m
De [illegible]. Cap. III.m
De [illegible]. Cap. IIII.m
De [illegible]. Cap. V.m
De claudendo & aperiendo. Cap. VI.m
De reprimendo quod excedit, et addendo quod deest. Cap. VII.m
De humore per chirurgiam trasferendo. Cap. VIII.m
De trasferendo, atque euellendo solidiorem materiam ex corpore nostro. Cap. VIIII.m
De excidendo. Cap. X.m
De adurendo. Cap. XI.m

AD COSMVM MEDICEM REIPVBLICAE FLORENTINAE DVCEM VIDI VIDII DE CHIRVRGIA LIBER PRIMVS

Qui eſt de ijs quæ pertinent ad eam in uniuerſum :~

Ex tribus medicinæ inſtrumentis, duo iam proſequuti abunde sumus, rationem uictus, et medicamenta, reſtat tertium chyrurgia : quæ licet antiquißima sit, pertractabitur tamen à nobis poſt alia duo, quòd nec ad integram ualetudinem tuendam conducat, nec ad depellendam aduersam nisi ubi non ſufficiat ratio uictus, aut medicamenta : quæ ubi liceat, in morbis curandis iubet nos Hippocrates experiri, potius quàm manus operam, quam chyrurgiæ nomen significat apud Grecos : quotquot enim operę manu fiunt, ut sectio, uſtio diſtentio, sutura, à græcis medicis chyrurgiæ nuncupantur : neque enim aliud sibi uult id nomen, quàm manus opera, qua curantes utimur, ut tertio inſtrumento, non ut tertia parte medicinę : quę uniuersa (ut in inſtitutionibus indicauimus) siue conseruet, siue reſtituat sanitatem, diſtribuitur in cognitionem tractandorum, & rationem tractandi : sicuti ratio tractandorum rursus in opera quæ preſtanda sunt,

Quid sit chyrurgia qua voce ut tradita ab alijs fuerit, ut tradi debeat Cap. p.^m^

et inſtrumenta per quæ præſtantur. inter quę tertium locum obtinet chyrurgia, ita ut exiſtimari debeat tertia pars. non totius medicinę sed illius partis, quę inſtrumenta complectitur. Siquando autem uel Galenus. uel alius auctor hanc nominat tertiam totius medicinę partem. negligentius, ac minus propriè accipit, totius medicinæ, uerba, et non ut significet artem uniuerſam sed totam curationis partem duntaxat. quam retulimus inſtrumenta complecti. Hanc noſtrum inſtitutum eſt tradere nunc, seiunctam ab alijs, quemadmodum reliqua duo inſtrumenta seiunximus, in quibus perſcribendis non affectus, non locos, non aliud inſtrumentū inseruimus: nam uictus rationem et uim medicamentorum per se, & quasi nudatam à reliquis partibus proposuimus: Sed hoc alij quoque fecerunt qui de uictu aut medicamentis tractarunt: quod minimè obseruatum fuit à nouis auctoribus chyrurgię, qui illam adeò cum alijs medicinæ partibus confundunt, ut quid significet nomen eius facultatis quam profitentur obliti penitus eſſe uideantur: cum omnia magis, quàm manus operam tradant. Siquidem in libris quos chyrurgię inſcribunt, complectuntur morbos illos omnes, qui uel tantillum auxilij petunt à manu, ut tumores pręter naturam, abscessus, uulnera, fracturas, luxata, disiuncta, peruerſa: quę item in corpore noſtro pręter naturam uerſantur, et manu auferri poſſunt: quorum omnium causas, signa & curationem exponunt: neque eam tantùm quę manu, sed et quę medicamentis, & quę uictus ratione perficitur: adeò ut eorum librorum minima pars sit chyrurgia. Ad id autem insanię uenerunt, ut componant libros de materia (hoc eſt de medicamentis) chyrurgię, neque intelligant non magis eſſe medicamenta chyrurgiæ, quàm hanc medicamentorum, aut uictus. Quod ęquè ridiculum eſt, ac si apud fabrum serram mallei poſtules, aut asciam terebrę. Neque enim inſtrumenta alia ad alia referuntur, sed ad artem quæ illis utitur: ut hęc ad fabrilem, illa ad medicinalem. ex quibus colligi poteſt, quantum ab inſtituto

recedant

recedant, qui chyrurgiam sic cum alijs medicinę partibus coniunctam perscribunt. Debet autem tractari seiuncta, ut sic iuxta preceptū Platonis cōmune à proprio, idem à diverso, simile à diſsimili distinguatur. Nam manus opera omnis precepta quędam communia servare debet: quę si prius tradantur, quam ad singulas uentum fuerit, doctrina breuior erit, neque oportebit eadem sepius inculcare: erit et perfecta magis et firma, quod uia cum ratione tradatur. Adde quod singulę etiam operę per se pluribus locis, atque affectibus accomodantur. Quamobrem ante distinguendum est quid requirat unaquæque per se, nulla habita ratione loci, aut affectus, ut quod in opera simpliciter preceptum fuerit, seruetur deinde quum exercetur in partibus singularibus.

At quid nouos auctores in eum errorem detulit, ut chyrurgiam nō simpliciter, sed connexam, et copulatam tradiderint cū alijs partibus medicinæ? Equidem nō aliud existimo, quam medicorum diuortiū quod factum est ex communi iugo medicinæ: unde alij se Physicos, alij Chyrurgicos nominarunt. Hi cæteris relictis, eos tantum casus amplexati sunt, quos commemorauimus postulare operam manus, à qua nomen mutuantur. Illi hanc despicientes naturam humani corporis contemplati, unde Physicorum nomen sibi uendicarunt, alias medicinę partes profitentur, per quas et secundam ualetudinem defendunt et morbos illos curant, qui non petunt auxiliū à manu. Ita ergo sunt discerptę medicinę partes ut nemo fere uniuersam complectatur, sed alius aliam sibi partem seponat, in qua laboret. Quid, quod ex chyrurgicis alij, alijs locis atque affectibus medentur? quotus quisque enim est, qui suffusos oculos perforet, calchulum euellat, herniæ medeatur? distributione igitur, ac separatione partium diminuta est magnitudo artis. Quamquam hoc minime nouum est, cum et Arabes quingentos ab hinc anos chyrurgos habuerint, à reliquis medicis separatos, ante Arabes etiam Galeni memoria, Romæ alij chyrurgi

am, alij reliquas medicinę partes professi sint. Refert Cornelius Cel sus chyrurgiam, postquam diducta ab alijs partibus habere professores suos cępit, in Ægipto increuisse, Philoxeno maximè auctore, tum Gorgia, Sostrato, Hierone, duobus Appollonijs, Hammonio Alexandrino. Ad dit et eos, qui Romæ ipsam professi sunt, ut Triphonem, Euelpistum, & horum eruditißimum Megetem. Sed ante horum memoriam Hippocra tes omnes medicinę partes inter se nexas et iugatas existimauit: ita ut omnes omnium participes eße uoluerit, nec posse in medico aliam ab alia separari, quamuis proprium sit uniuscuiusque munus. Itaque non mi= nus chyrurgiam, quàm reliqua curationis instrumenta excoluit.

Ut autem eò reuertamur unde digreßi sumus; causa cur hoc tertium medicinæ instrumentum ita cum alijs partibus coniunctum, ac permixtum traditur, est diuortiũ medicorum. quòd Physici Chyrurgicis relinquant, quotquot ferè casus aliquid auxilij postulant à manu. Hinc factum est ut propositum apud chyrurgię auctores fuerit, non manus operas conscri- bere, sed medicum chyrurgicum instituere, qui de morbis, quos sibi cu= randos seposuit, non solùm manus usum idoneum, sed causas, sympto= mata superuenientia, signa, rationem uniuersam curandi, et tandem uic- tus & medicamenta percipiat: ex quo tantus error consequutus est, ut quid chÿrurgia sit qui ipsam profitentur minimè intelligant. Quod minus deplorandum, et tolerabilius esset, nisi cõfusione hac miserrimi ęgrotantes sępenumero grauißimè lęderentur: nam qui ratione meden= tur, manus operam spernunt; et tanquam à sua professione alienam, Chy rurgico uniuersam relinquunt: hic uerò quo pacto casus illos, quos sump sit curandos sanabit, nisi teneat reliquas partes? Difficile enim est in medicina pauca esse ei nota, cui non sunt pleraque, aut omnia. Doc= trina autem quę in chyrurgicis libris continetur, non tanta est, quanta lectorem poßit uim medicamentorum et simplicium, et compositorum,

uictus

uictus rationem, naturam hominis, morbos, causas, symptomata, notas, per quas depręhendantur, et consilia omnia curationis docere: quibus ignoratis non poterit ratione mederi affectibus, quorum curationem profitetur. Res igitur redibit ad Empiricos, qui satis à rationalibus medicis explosi sunt; quòd sine ratione curantes incredibile hominibus afferant infortunium. Hoc ut euitent qui chyrurgicum inſtituunt, monent ut ad grauiores casus Physicum adhibeat. At reuoluimur eodem: quo pacto enim intelliget casus grauiores, nisi prius intelligat naturam partium singularium? sępe enim eos qui graues sunt, iudicabit leues: atque hos rursus grauiſſimos: nonnunquam etiam, ex praua ratione curandi leues conuertet in graues. Sed eſtò, cognoſcat casus leues, non erret in curando, consulat Physicos, cuius pręceptis pareat: sic non erit medicus, sed miniſter illius quem consulet.

Sed quandò huc nos detulit sermonis consecutio: operępretium arbitror disquirere, uti ne manu debeat medicus, an adhibere miniſtrum, qui manum admoueat, ubi res exigit. Qua dubitatione soluta, facile apparebit quod initio proposuimus, chyrurgiam scribendam esse non admixtam, sed ab alijs omnibus medicinæ partibus seiunctam. Statuamus primò ad eundem medicum pertinere cognitionem chyrurgiæ, ad quem uictus ratio, medicamenta, et alię omnes partes medicinę, qua cuncta corporis uitia curantur: mirus enim quidam omnium conſensus, et quasi concentus reperitur, quandoquidem omnes ad eundem sanitatis finem diriguntur: quę autem ad unum finem spectant Platonis uox eſt sub eadem arte contineri. Non eſt igitur quod medicos separemus in Physicos et chyrurgicos: aut hos in eos qui oculis, herniæ, uesicę aut alteri parti medentur: nam una cùm sit ars, unum eſſe artificem par eſt, neque decet, aut ex artificis imperitia artes inter se disiungere, aut ex eiusdem peritia copulare. Nam ubi minus peritus sit, eadem ars diui-

detur in plures artifices: quemadmodum nunc Galli fabros lignarios separant, in Carpentarios, qui craſsiora, et minutarios (sic enim appellant) qui minuta opera efficiunt: eadem enim ars est, quam debet idem faber tenere uniuersam. At ubi artifex magis peritus fuerit, uidebuntur plures artes sub una comprehendendæ: neque enim interdictum est rerum natura, ne singulis hominibus amplius quam singulas artes nosse liceat: nec si idem artifex fidibus scit et medicinam tenet, existimanda est eiusdem artis utraque facultas: sed satis constat unam esse medicinæ artem, quæ uniuersa ad eundem finem, uidelicet sanitatem refertur: et ita eundem artificem debere uniuersam complecti, et id circo chyrurgiam non minus quam reliquas partes callere. At nondum perducta ad exitum quæstio est, possit ne medicus qui chyrurgiam tenet ministro uti, qui eam manibus exerceat; an ipsemet debeat uti manibus ad curandum. Ego satius arbitror et magis è re ægrotantem curari manu medici, quam ministri, modo medicus idoneus sit, qui manu moliatur quæcumque sunt ad curandum neceſsaria. Sed iuniores medici (si Dijs placet) ad id deliciarum uenerunt, ut chyrurgiam tanquam medico indignam relegent ad tonsores, quibus non quasi ministris, sed magistris quamlibet manus operam relinquunt: neque intelligunt tantam esse nobilitatem corporis humani, quod est subiecta materia, ut quæcumque pars ad sanitatem quæ est eius bonum, refertur, nobiliſsima sit, et dignissima ciuibus, Principibus, Regibus, Dijs inmortalibus, iudicio antiquorum: illis enim acceptam retulit antiquitas, medicinam, præsertim chyrurgiam, per quam Homerus memoria prodidit Heroas duos filios Æsculapij extra pugnam commilitonibus magnam opem attulisse. Laudatur Chyron à Pindaro, quòd nõ solum medicamentis, sed manus quoque opera, corporis uitia submoueret. Plato etiam autor est ueteres Asclepiadas solitos esse manu et medicamentis

mederi

mederi: quibus deinde Hippocrates uictus rationem adiecit. Galenus, licet Romę ijs qui chyrurgici uocabantur manus operam relinqueret, urbis morem sequutus, in Asia tamen manu medebatur; sępe enim cōmemorat sè Pergami adsibitum à Pontificibus, quum dabant gladiatores ad eorum uulnera curanda. Nullum itaque ex his puduit manu hominem in pristinam salutem restituere: sed unusquisque existimauit corpus humanum dignissimū, quòd à quantum uis homine magno tractaretur. Tractare soliti sunt equos manu non modò ciues factionum studiosi, sed Reges etiam maximi. Anteas scytharum Rex, Plutarcho auctore cum equum manibus tractaret, rogauit oratores, quo pacto Philippus qui id non faceret, bellum gereret. Alexander etiam inuentus est ab oratoribus Regis Persarum manibus equum tractans. Dignissimum igitur est humanum corpus, quod à medico tractetur, potius quàm à ministro: id quod ęgrotanti utilius simul erit, et iocundius: utilius quidem quòd medicus melius teneat rationem agendi, quàm ministrum possit eandem docere: quòd item inter agendum magis uitia corporis depręhendat, quę suadent ut uel ulterius agat, uel ab agendo desistat. Jocundius etiam erit ęgrotanti tractari à medico quam à ministro, cum se magnifieri uideat, confidatq; ita ut facilius se tractandum prębeat. Cum hac sententia pugnat artis longitudo, quę tanta est, ut necesse sit idoneum medicum iam consenuisse. At senibus plerumque nec manus strenua est, nec clara oculorum acies, quibus maximè opus est, dum chyrurgia exercetur: quo nomine ueteres auctores chyrurgum adolescentem requirunt, adde quòd manus strenua non est mollis sed dura, et ideo inepta medico ad tentandas arterias. Ergo ubi medicus iam senior fuerit, neque oculis, neque manu ualeat (quod mihi nunc euenit) coget uti ministro iuniore perito,

atque exercitato: cui pręscribat quid, quantum, et quo pacto
agat, seque pręsente nullum sequetur incommodum: modò minis
ter, ut decet, obsequatur, nihilque liberè agat, sed omnia ex pręs
cripto. Refert Auenzoar patrem medicum pręstantissimum, qui in
operibus artis consenuerat, solitum esse per ministrum chyrurgiam
exercere. Galenus quamuis manu mederetur, ministris tamen ali
quot operas relinquebat: mandabat enim his, ut uenam secarent,
cucurbitulas admouerent, cutem scalpello exasperarent: ut au
tem hę operę feliciter succedunt, sic et alię succedere possunt,
dummodo pręsens sit medicus, qui diligenter rem inspiciens, sub
inde pręcipiat ministro perito quid agendum sit. Bene autem
pręcipiet medicus, si ipse antè diutius manum exercuerit: quan
quam non malè etiam ille, qui in eiusmodi operibus uersatus, semper
ministro usus fuerit nunquam manu; quod comprobatur à Ga
leno initio primi libri de dignoscendis pulsibus: siquidem iu
dicare etiam potest id quod fit, ille qui facere non nouit: mi
rabile enim est, cum plurimum in faciendo intersit inter doctum
et rudem, quàm non multum differat in iudicando. Judicat Ar
chitectus, sint ne idonea opera quę fiunt à ministris, ut à fabris,
licet non nouerit quicquam fabricari. Imperator utitur archi
tecto ministro ad oppida munienda, uel expugnanda, diiudicatque
quod ab illo fit, an apposite fiat: quamuis ipse architecturam
non teneat. Neque enim par cognitio requiritur ad iudicandum,
atque ad agendum: ad iudicandum leuior sufficit, quam Aristo
teles παιδείαν, id est eruditionem, Plato δόξαν id est opinionem
appellauit: ad agendum necessaria est ulterior cognitio, quam
ἐπιστήμην, id est scientiam uocarunt. Hoc quod alijs artibus eue
nit, euenit etiam medicinę, quę utitur uarijs ministris, ut Coquo
ad obsonia

ad obsonia, Gymnaſte, seu Pedotriba ad exercitationes, Pharmacopola ad medicamentorum compositiones: poteſt aũt medicus diiudicare, an apposite parentur obsonia, exercitationes, medicamenta, quamuis quamuis nec Coqui, nec gymnaſtis, nec pharmacopolæ munus exequi nouerit. Eadem ratio eſt chyrurgię, ad quam medicus uti miniſtro poterit, et pręcipere quę agenda sunt, et diiudicare quæ agantur: licet agendi peritiam non teneat exquisitam. Quibus ita conſtitutis luce clarius apparet chyrurgiam tradendam eſſe non implicitam, et confusam cum aliis partibus medicinæ, sed seiunctam ac separatam, quemadmodum traduntur medicamenta, et ratio uictus: nam sic à medico minori negocio addiſcetur: sic etiam miniſter non obruetur mole pręceptorum, sed facile comprehendet, quę sint suę partes, et qua ratione manibus utatur, et generatim in omni curatione, et speciatim in qualibet: sicut apposite agere possit, quum à medico pręcipitur. Hoc pacto chyrurgia à nullo ex recentioribus hactenus exculta eſt. Ex veteribus Galenus quamuis fuse de chyrurgia multa pręcepta tradiderit nullum tamen nobis uolumen reliquit, ubi quasi in unum locum coactam uniuerſam perſequatur. Cornelius Celsus, Paulus Ægineta, Albuchasis Arabs hanc scribunt seiunctam quidem à uictus ratione, et medicamentis, sed connexam et permixtam cum locis, atque affectibus: id quod inutile non eſſet, si prius de tota chyrurgia, et de unaquaque eius opera separatim egiſſent. Pręcepit enim Galenus, ut prius uniuerſam methodum tradamus, simpliciter & absolute: deinde eandem in singulis partibus, atque affectibus exerceamus. Id quod nunc facere de Chyrurgia decreuimus, quam ad predictam Galeni normam dirigemus: simulque Hippocratem imitabimur, qui unus tum separatim de chyrurgia

tractat, in eo uolumine, quod scribitur de officina medici (neque .n. separauit medicum à chyrurgice, ut ante dictum eſt) tum coniunctim cum partibus atque affectibus, in opere de articulis, de fracturis, de uulneribus capitis, de fiſtulis. Iecit enim, ut aliarum frugum medicinæ, ita et chyrurgiæ semina fecundissima, atque optima, quas ad meſſem perductas ab alijs, nos quantum uires nostræ ferunt, in horreum conuehere, sic quod opus inchoatum absoluere contendimus. Id si minus consequimur, uoluntate certè proximè accedimus: sed ut nemo pictor eſt inuentus, qui Coæ Veneris eam partem, quam Appelles inchoatam reliquit, absolueret, nam pulchritudo unius partis, reliqui corporis imitandi spem auferebat; sic quæ ab Hippocrate inchoata sunt, deterrere nos à persequendo deberent; non deterrebimur tamen iuuandi ſtudio incitati: Ut autem uia cum ratione omnia persequamur, ordiemur ab ijs, quæ communia sunt chyrurgiæ, quibus hoc primo libro expositis, pergemus ad singulas in sequentibus.

De ijs quæ communia sunt chyrurgiæ quot et qualia esse debeant Cap. II.m

Continetur curatio omnis ægrotante, medico, et miniſtris: quos Hippocrates in ipso limine suarum præceptionum requirit facientes quæ oportet: quanquam talia etiam requirit exteriora, quæ cum fortuita sint, sub artem non cadunt. Propriè autem ea curatio, quæ manu adhibetur, preter medicum, ægrotantem, et miniſtros, poſtulat inſtrumenta, seu machinamenta et lumen idoneum: quod idem Hippocrates docet initio primi libri de officina medici, sed lumen minimè artem poſtulat dum uictu aut medicamentis medemur: inſtrumenta uero quæ artificiosa parantur à medico ad medicamenta admouenda, referuntur ad chyrurgiam, ut in sequentibus oſtendemus. Quinque hæc, ut

talia

talia sint, qualia maximè ad rem faciunt, monet ibidem ut in ipsis attendamus, ubi, quomodo, quot, quibus, quomodo, quando, tempus, modum, locum, : singula autem hęc uerba, licet idem sepius repetere uideantur, referuntur tamen à Galeno ad singulas animaduersiones, quas ut uia cum ratione persequamur, operę precium eſt, in memoriam reuocare duo illa, quę superioribus libris diximus, tam à uictus ratione, quam à medicamentis poſtulari: unum ut efficiant opera, ad quę preſtanda adhibentur: alterum, ut eorum differentijs satisfaciant. Eadem expetuntur à Chirurgia, qua utimur quum uictus ratio aut medicamenta non sufficiunt operibus ad curandum requisitis: ut ad submouenda, quæ inutilia sunt, uel potius noxia: ad coniungenda quę dehiscunt: ad reponenda, quę suo loco exceſſerunt: ad extendenda, quę contracta sunt: ad dirigenda, quæ peruersa: & ad alia complura, quę in sequentibus tradentur. Non solùm autem preſtare cuncta debet, sed respondere etiam differentijs uniuscuiusque, ut quantitati, qualitati, numero, diſtributioni, tempori, ordini, quas spectare in singulis operibus oportet. Quęrenda igitur primum ea chirurgia eſt, quę poſſit propositum opus preſtare: ubi inuenta fuerit, rursus ea moderatione admouenda eſt, ut ad quantitatem, qualitatem, numerum, diſtributionem, tempus, ordinem eiusdem operis accōmodetur: accommodabitur autem, ubi differentię seu euidenter, seu latenter consimiles in manus admotione seruentur. Exemplum satis spectatum eſt sectio, qua utimur ad abſceſſum aperiendum: debent sectionis differentię, cum differentijs operis, apertionis uidelicet, conuenientiam habere, ueluti quantitas sectionis, cum quantitate apertionis: pro cuius proportione plaga nunc amplior fiet, nunc minor. Qualitas item sectionis neceſſe

est respondeat qualitati apertionis: nam qualis requiritur apertio, ut transuersa, obliqua, uel recta in longitudinem, talis requiritur sectio, et talis linea scalpello ducenda est. Eadem ratio est numeri: siquidem res modo simplicem, modo multiplicem apertionem amat: sic et locus nunc simplicem, nunc multiplicem plagam accipiet, ita ut sectionis numerus numero apertionis consentiat. Necesse item locum uel totum simul aperiri ut dis distributè: ita ut apertio partita sit; sic et sectio uel tota simul fiet uel iterabitur. Tempus sectionis, non aliud est, quam tempus, quo conuenit aperire. Postremò quem ordinem habet apertio inter opera efficienda, retinet sectio inter operas manus: nam ubi plura opera prestanda sunt, ueluti quum exasperanda est inflammatio, quum suppuratio est aperienda, quum detergendum pus sicuti primò conuenit exasperare, deinde aperire, tertiò detergere: ita primum locum tenere debet ea chyrurgia per quam scalpello inflammata cutis exasperatur: secundum sectio: tertiũ detersio: neque potest ordo absolutè et per se considerari, sed necesse est ex collatione cum alijs comprehendatur. Ad propositum autem exemplum sectionis reliquæ omnes chyrurgiæ tales differentias seruabunt, quales in operibus attenduntur.

At non simpliciter continetur curatio operibus et instrumentis cum similibus differentijs: sed hac lege, ut hæc tuta, celeris, et iocunda sit: id quod precipit quidem Asclepiades; sed multò ante Hippocrates, qui generatim primo libro de ratione uictus in morbis acutis idem præscripsit in omni curatione: propriè autem primo libro de officina medici, in ea quæ manu adhibetur, ubi uinciendi rationem docet: quotquot autem animaduersiones ibi recenset, securitati, celeritati et iocunditati subijciuntur:

quas

quas prius sigillatim perpendere oportunum existimo, dein omnes inter se conferre. Tutò igitur manum admouere dicimur, quum tria efficimus: unum quum non lędimus hominem: alterum, quum absoluimus opus propositum: tertium quum ita absoluimus, ut malum illud non poßit amplius reuerti. Primum ergo dare operam oportet, ne ubi nitimur prodeße, noxam afferamus: turpius enim est nocuiße uideri; quàm non profuisse: quamobrem inter pręcepta Hippocratis illud inprimis fertur, Iuuare et nõ nocere. Est interdum, quum Chyrurgia reddit partem deformem, interdum quum partis actionem adimit, interdum etiam quum hominem necat: decedit enim homo uel sanguinis effusione, ut quum scalpello uena magna, aut arteria secatur: ut neruorum distẽtione, ut quum pungitur neruus imprudenter: violatur pars neruosa, ut uesica in euellendo calculo: plus iusto extenditur membrum luxatum, aut fractum. At perit actio interdum culpa chyrurgici, ueluti uisus, quum in ungue, uel suffusione curanda uiolat oculum: ut motus item membri, quum neruus præciditur, à quo ille proficiscebatur: quod infortunium attulit Thessalicus medicus, qui statim adueniens, ne cõmonefacto quidem homine uulnerato, neruum pręcidit, et ita actionem perdidit. Lęditur et culpa chyrurgici species partium, quam omnes decoram expetunt, optantque ut si usus minor futurus sit, species tamen ad naturam reuertatur. Suppedidat nobis exempla Hippocrates, quum in fractũrã nasi damnat uaria et elegantia uincula, quòd prauum ipsum reddant: preterea quum eos reprehendit, qui ita crebris locis adurunt, ut abrupta cute quę interijcitur, locus deformior fiat. At non desunt exempla, quę

quotidie oculis cernimus, presertim in facie uulnerata: quę quum negligenter curatur, aut sutura minus idonea, aut de-tractione oßis quod servari deberet, fœda admodum reddi-tur: ita ut maiorem sępe afferat deformitatem medicus, quàm plaga ipsa. Vt igitur tutò curemus, non solùm necesse est tue-ri uitam sed actionem quoque, et speciem partis, sed quantum fieri potest: nam cogitur aliquandò etiam ille, qui tutò curat, eligere leuius malum, ut euitet quod grauius est, atque ita actioni, ac formę uitam antèponere. Quę uulnerata sunt, si fracta etiam, non componuntur, si luxata, non restituuntur, sed relinquuntur deformia, ut seruetur uita: quam pręcipi-taremus, si membra sic affecta distendentes componere, uel restituere tentaremus: sequeretur enim neruorum distentio, et interitus. Quid, quod pręciditur neruus, aut corda, cuius fibrę partim uiolatę sunt, partim integrę; periculumque est ne inflammatio ab illis ad has transeat, quæ distentionis et perniciei causa sit! At qui exciduntur etiam partes emor-tuę, ac putres, quamuis periculosè, et non sine noxa id fiat: sed iuxta Dioclis consilium satius est experiri anceps auxi-lium, quàm nullum. Alterum quod obseruandum est, ijs qui tutò curant, est ut opus absoluatur: nam turpe est teste etiã Hip-pocrate manu inchoatum opus non absoluere, ut articulum non penitus recondere, aut fracta ossa non ex toto componere: aut non excidere id totum quod uitiosum est: nam quum ad manus operam uenitur, expedit perficere opus uniuersum, alioquin non dicetur medicus tutò curare. Restat tertium, quod ad totam curationem necessarium esse proposuimus: ut non solùm absoluatur opus, sed ita absoluatur, ut illud malum non

poßit

possit amplius reuerti: sicuti reuerti cancer solet, si dum exciditur, relinquantur uenæ, quę sunt quasi radices à quibus iterum pullulet. Intestina item, ubi in scrotum deuoluta fuerint, quamuis recondantur, rursus eodem delabuntur, nisi sutura, quam hernia postulat, adhibeatur. Hactenus de securitate, sequitur celeritas, quæ desideratur in omni arte, sed multo magis in medicina, et propriè ubi manus admouetur, cum non modo iocunda sit sed etiam salutaris. Iocunda quidem est, quòd celeriter expediat ægrotantem non solùm à tedio, sed à tormento, quod dum tractatur sæpenumero experitur: est salutaris, quòd partes preter naturam nudatę minus insueto aeri exponuntur qui etiam æstiuus frigidior est internis partibus quantum uis frigidis, uel etiam ipso cerebro: quam obrem dum uulnera capitis curantur, festinandum est, ne cerebrum frigore aeris lædatur: id quod pertinet ad uulnera omnia, nam his frigus mordax est, presertim ubi nerui afficiuntur, aut nudantur, quibus alioquin frigus est inimicum. Expetitur ergo celeritas, et tanquam iocunda et tanquam utilis ęgrotanti: celeritatem efficit apparatus eorum, quæ necessaria sunt, et medici manus prompta: nam si presto fuerit æger, ministri, instrumenta, lumen; et medicus manu promptus sit, necesse est chyrurgiam celerem esse. erit autem promptus medicus, ubi exercitationem cum innata dexteritate coniunxerit: sic non hesitabit, dum manu aliquid molietur: sed certus quid facere oporteat, non lentè, sed uelociter manus mouebit: apparatum igitur et manum promptam, operę celeritas consequetur. Superest iocunditas, quæ in eo consistit, ut partim curetur homo sine dolore, quantum fieri potest, et partim oblectetur ipsa opera, uel minime offen-

datur. Attenditur autem iocunditas tunc, quum manus adhibetur, attenditur etiam postquam adhibita est, ut in uinculis quæ postquam iniecta sunt iocunda existimantur, ubi hominem non premant, et elegantiam quandam in fasciarum ambitu præseferant: quemadmodum Galea, Lepus auritus, Thais, et aliæ iuncturæ complures, quæ suo loco ostendentur, aspectu gratissimæ, ita ut teneant intuentium oculos. Sed maxima ex parte spectatur iocunditas, dum manus adhibetur, tunc autem iocunda opera dicetur, quum homo leniter tractabitur, et eleganter: leniter quidem tractari debet: nam ubi uehementer attrectetur, dolebit, etiam si alioquin tolerans fuerit, et laboribus assuetus: quemadmodum Vlyßes qui uulneratus apud Sophoclem inquit, pedetentim ito, et sedato nisu, ne succußu arripiat maior dolor: nam attrectatu, et quassu seuum amplificatis dolorem. Gratißima est etiam elegantia, quam et mundicies efficit et dexteritas, gaudet ægrotans mundicie, gaudet & dexteritate manuum: hanc nulla sequitur prauitas, nulla deformitas: semper autem plurimum ualuit, et non modo actoribus ut Roscio in Theatro apud populum: sed oratoribus quoque apud indices in foro. Q. Hortensium oratorem, incertum erat, utrum cupidius ad audiendum, an ad spectandum occurreretur. Imitari igitur debet medicus bonos Actores, bonos item oratores, ne mala consuetudine ad prauitatem aliquam, aut deformitatem ueniat in agendo: sed eleganti manuum motu ægrotantem delectet.

Tria hæc securitas, celeritas, et iocunditas perpetuo in curatione requiruntur, nisi sit quod impediat, quod aliquando usu uenit: incidunt enim casus, cum nequit iocunditas cum securitate, ac celeritate

ac celeritate, uel celeritas cum ſecuritate copulari: inquibus
spectare medicus debet ad id quod dignius est, et magis urget:
anteponet igitur primo ſecuritatem celeritati, et iocunditati: ut
mortis periculum propulsetur, uel ut defendatur actio partis,
grauis dolor affertur scalpello, candenti ferramento, exten=
tione aut alia eiusmodi chyrurgia: preferenda enim est sa-
lus, et actio iocunditati: sed quod spectat ad speciem par=
tis, sæpe ut hæc restituatur, utimur chyrurgia cum dolore, eti
am si nullus futurus sit usus partis: ut cum manu curamus unam
oculi tunicam prominentem: quum curta in auribus, labris, na-
ribus reſarcimus: quum uarices in cruribus secamus: sed rogan=
dus homo est, mallit ne speciem ac dignitatem partis cum tor=
mento recuperare, quam sine hoc deformitatem tolerare. C.
Marius, quum secari uarices sibi in crure iuſsisset, principio ue=
tuit se alligari, sed crus deinde alterum non prebuit: ut qui
tantum dolorem sine cauſa neceſsaria minime ferendum indi=
caret. At ubi celeritas securitati aduersetur, non dubium est
quin posthabenda sit celeritas: nam medicus, ut Imperator
melior est tutus, quam temerarius. Laudatur ab Ennio Fabius
Maximus, qui cunctando reſtituit rem: ergo non quelibet chyrur=
gia celeriter expeditur, sed spectandum est, sit ne feſtinationis,
an ocij. cum oculis medemur suffusis, aut ungue, uel ægilope
affectis, non maturamus eiusmodi operas; sed paulatim, ac cir=
cumspecte efficimus, ne uisum offendamus. Monet Hippocrates,
ubi uincimus eas partes, que extremitate tenuantur, ueluti cru=
ra, et brachia, ut pannos superdemus, equandi causa: edicit autem,
ne conſertim superimponantur, sed paulatim, et distincte, ut
firmior iunctura sit, et tutius fractura composita conſeruetur.

At ubi celeritas, quæ plerumque iocunditatem afferre solet, cum ea pugnet; consulere ægrotantem oportet, num malit longiori tempore citra dolorem curari, an statim cum dolore: in promptu enim sectio eſt, quæ statim remouet quod auferendum eſt: medicamenta idem præstare poſsunt, sed diuturniori tempore: in hoc casu obsequemur ægrotanti. quanquam ubi res longe trahenda eſset per medicamenta, præstat hortari hominem, ut curari chirurgia permittat. Hippocrates autem qui præcipit ne curentur manu, quæ poſsunt curari medicamentis; intelligit uel æquali, uel paulo longiori tempore. Quid igitur agendum sit, ubi securitas, celeritas, et iocunditas interse pugnent, satis manifestum eſt. Sed domum redeamus, id eſt ad ea, quibus chirurgia omnis continetur, medicum, ægrotantem, ministros, instrumenta, lumen. non solum talia eſse hæc conuenit, qualia propositis operibus atque operum differentijs satisfaciant; sed qualia etiam poſsint morbum tutò, citò, et iocundè submouere: sic autem singula apposita existimabuntur: sed iam tempus eſt pergere ad unumquodque seorsum, scrutarique, quo pacto institui debeat, ut sit appositum ad id, quod res postulat: sumemus autem initium à medico.

Qualem eſse medicum oporteat. Cap. III.

Quilibet artifex id dare operam debet, ut præclarius, quàm reliqui eiusdem artis profeſsores, suum munus exerceat: id quod tantò tantò magis medicum decet, quantò ars medicinalis ob subiectæ materiæ nobilitatem, inter cæteras præstantiſsima eſt, ac dignissima. præclare autem suo munere fungitur, cum tutò, citò, et iocundè illis utitur instrumentis, quæ neceſsarijs operibus, atque operum differentijs apposite satisfaciant: quod iam monstrauimus medico commune eſse cum alijs, ægrotante, ministris, instrumentis et lumine, quibus

quibus curatio continetur. Sed pręterea spectare proprie medicu oportet ad auctoritatem artis: egregij enim artifices, quam profitentur artem contendunt pro uiribus extollere: nihilque aut uerbis aut re pretermittunt, quod ad eius dignitatem facturum esse uideatur: hos imitari medicum decet, et sūma ope niti ut sibi, et arti summam comparet auctoritatem. Id quod non gloriæ studio quemadmodum ambitiosi solent, sed ut ęgrotantes iuuet, qui magis liberantur ubi magis obediunt, magis autem obediunt illi qui dignitatem artis tuetur atque amplificat. Quo nomine debet sibi medicus laudem comparare, quam neque philosophus aspernatur, ut magis hominibus prosit: nam sic eius dicta ac facta magis imitantur, & iussis obediunt, quasi numinis cuiusdam. Merito igitur Hippocrates ubique curationum præceptis, admiscet aliquid pertinens ad artis dignitatem, quod tandem ad utilitatem ægrotantis refertur: neque enim medicus sui rationem habere debet, sed totus in ęgrotantium perinde, ac gubernator in eorum quos uehit, salutem incumbere. Qualem uero esse medicum oporteat ut homines sanare ualeat, et arti dignitatem comparare, iam nunc tradere ingredior.

Ex ijs quę in medico desiderantur, alia necessaria sunt priusquam ad hominem curandum adhibeatur, alia postquam adhibitus est, et ad curationem aggreditur. agemus primò de illis, deinde, transibimus ad hęc. Ergo antequam manum homini inijciat, esse compos debet eorum bonorum, quæ partim ad animum, partim ad corpus, partim ad fortunam referuntur. bonis animi subijciuntur uirtutes; et quę ad mores, et quæ ad intellectum attinent. Debet igitur medicus ut egregie suum munus

exequatur, eſſe moralibus uirtutibus instructus, ueluti tempe-rantia, liberalitate, iustitia, misericordia, fortitudine, faci-litate, modestia; sine quibus non poterit aut dignitati artis, aut ægrotantium saluti commode prouidere: id quod luce clari-us fiet, si eiusmodi uirtutes sigillatim intueamur. Censet Aris-stoteles in fine primi libri de re publica, temperantiam neceſ-sariam eſſe artifici, quod continens, ac sobrius longe præs-tantius suo munere fungatur, quam intemperans, ac libidini-bus ardens: quanto autem cũ maiori periculo tractantur ho-minũ corpora, quam lignorum, lapidum, ac metallorum, circa quę uersantur fabri; tanto magis oportet medicum à corporis obsequio, indulgentiaque discedere: et uoluptatem tanquam labem aliquam opprimere: nam sibi temperans probe suum officium faciet, neque ad eam mollitiem labetur, ut apud ęgrotantem incontinentiam aliquam præseferat: quod quanti dedecoris sit, et quam odiosum medicum reddat, clari-us est quam ut exponi debeat. Liberalitas, quanuis maxi-ma ex parte ad dandam pecuniam referatur, refertur tamen et ad accipiendam: ueluti quum non accipitur à quo non de-bet accipi, nec plusquam debet, quod maxime pertinet ad me-dicum: ut quod eius auctoritatem augeat, et maxime sit io-cunda laboranti: qui medico detracta suspicione auaritię ma-gis fidit, et facilius se curandum præbet. At non propterea de-bet eſſe ita prodigus, ut non accipiat à quibus debet, et quantum debet: alioquin non poſſet personę quam sustinet dignitatem retinere: adde quod eiusmodi questus honestissimus est. sed multo magis detestanda auaritia est, ut quę artis dignitatem minuat, ægrotanti sit admodum molesta, inficiatque medi-

cum

cum iniuſtitia: nam auri ſacra fames quid non mortalia pec-
tora cogis? ergo ubi ardet cupiditate pecuniæ, fingit malum
maius quàm sit, non ut ægrotantem magis obsequentem reddat,
sed ut perterritum argento emulgeat; pollicetur etiam cognatis,
et affinibus salutem, quamuis intelligat hominem omnino interiturum:
imponitque multa: sumptuosam curationem adhibet, ut rem ma=
gnifacere uideatur: quo nomine iniustus admodum est: nam quan
tum res patitur, præponere ubique debet quod facillimum sit, et
minimi sumptus: nisi sic homo se paruifieri censeat quum uiliſsi=
mum remedium adhibetur, quod, memoria patrum, euenit Julio
.II. Pont. Max: qui rogans Archangelum Senensem, quo medico
præcipuè utebatur, quanti emerentur pillulæ quas sumpturus erat:
audiens eſſe paucorum obolorum conqueſtus est, atque expoſtula=
uit Archangelum quòd pari sumptu curaretur, ac seruus quiuis
uiliſsimus. Ergo nisi eiusmodi homines nactus fuerit medicus,
sumptui præsidiorum parcet, quantum poterit, et ipse non plus ac
cipiet quàm æquum sit, adhibita ratione sui, hominis, et operæ.
Eiusmodi iuſtitia est, quam poſtulat Ariſtoteles ab artifice,
ubi suam operam cum pecunia commutat. Conuenit medico etiam
miſericordia, quamuis Cornelius Celsus desideret chyrurgum
inmiſericordem, qui nō moueatur alterius clamore, sed quantum
res poſtulat, secet, extendat, adurat. at uereor ne sic magis mi=
sericors exiſtimari debeat, cùm magis conſulat de ſalute ægro=
tantis: nam lenitas nimia in miſeriam conuertitur, non secus quam
ubi in Repub: datur impunitas peccatorum: id quod sapientiſsi
mus Cato, Romæ patres conscriptos monuit in coniuratione Ca
tilinæ: præbet enim lenitas ansam peccandi: ita ut innocentes ali-
enæ impunitatis pœnas luant: quod minimè eueniret si de ſceleſtis

ac facinorosis hominibus supplicium sumeretur. medicus ergo
tunc misericorserit, quum de salute, quandò aliter obtineri non
poterit, consulet etiam cū dolore, ac cruciatu ægrotantis. Fortitu-
do autem licet in uitæ periculis consistat, consistit tamen et in
aliis detrimentis: hac præditus medicus potius cum periculo remedium
aliquod tentabit, quam permittat, ut sine ulla spe sequatur certus
interitus. qui nimis audax est, hominem sæpenumero pręcipitat,
exercens in curando illam, quam Hippocrates stultam fælici-
citatem appellat. Ex contrario timidus semper animi pendet,
neque unquam tentare audet ualidum aliquod præsidium: sed ubi
ęgrotans deterius habet. timens ne uires non sufficiant, id differt
dum meliusculus sit: hoc ubi contingit, rursus ab eodem abstinet,
sperans sine eo restitui secundam ualetudinem posse: sic'que cum
summa pernicie ægrotantis sæpe decipitur. Modestia medici ga-
udet ægrotans, et ipsa ars magis redditur admirabilis: dicetur
modestus, ubi nihil εἰρωνευομενος, nihil arrogans de se loque-
tur, neque popularem auram captabit, aut commendationem in
uulgus: sed præclarum iudicabit sapientioribus probari. Faci-
litas item ubi mediocris fuerit, et iocunda est et nihil detrahit
de auctoritate: sit ergo medicus comis, affabilis, non difficilis
aut morosus, ne odiosus euadat et molestus, non nimis obsequens,
ne in scurram, uel adulatorem degeneret. Pręter morales uir-
tutes desiderantur in medico, illę etiam quę pertinent ad mentem,
et intelligentiam, siue innata sint, siue studio comparatæ: huius-
modi sunt ingenium, memoria, iudicium, peritia linguarum, di-
alectices, naturalis philosophiæ, tum summa cognitio omnium par-
tium medicinæ: quibus accedere debet usus, atque exercitatio.
ridiculum enim est, auctore Aristotele, ex scriptis imperare: ne-

que

quę enim fit imperator, aut gubernator ex libro, sed necessaria est experientia, sic, ut ubi altera carendum sit doctrina, uel experientia, præstat habere experientiam: quod licet commune sit cuiuslibet curationis, maximè tamen pertinet ad Chyrurgiam. Hæc de bonis animi; uenio ad ea quæ sunt corporis, cuiusmodi est sanitas, forma robur, dexteritas: quæ ferè non minus necessaria sunt, quàm quæ ad animum pertinent. Efficit sanitas ut medicus possit, tum animo, tum corpore plurimum laborare: duplex enim labor (ut præclarè docuit Euripides) medico necessarius est, mentis et manus: adde quod sine sanitate ridiculus euadit: græcum prouerbium fertur ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων. quis enim fidem habeat medico, qui sibi ipsi mederi non poßit? forma summam dignitatem affert, unde uulgatum illud, species primum digna est imperio: tantum enim abest, ut qui deformes sunt digni honore habeantur, ut etiam ridiculi existimentur. Amat robur, potißimum Chyrurgicus, qui manu strenua esse debet, ut ubi res exigit, extrahere, impellere, in diuersa contendere ualidißimè possit. Requirit Hippocrates manum Chyrurgici quę magnum spacium habeat inter indicem et pollicem: ut quum comprehendere membrum in orbem oportet, index è regione pollici occurrat: quod non minus spectat ad formam, quàm ad robur: desiderantur et pedes ualidi in chyrurgico, ut stabilis stet dum agit: tum clara oculorum acies, ut tutò curari ægrotans possit. Dexteritas uerò, et agilitas pertinet ad quamlibet Chyrurgiam: maxima tamen ex parte innata est: quanquam studio quoque et exercitatione comparatur, modò non reluctetur natura: nam nihil inuita Minerua: quanquam constat uitiosam naturam, à nonnullis sic edomitam

et compreſſam eſſe, ut nulla in eis agnoſcantur ueſtigia praui tatis: qui ineptus est, imitetur recte agentem: quod si non ſunt preſto ęgrotantes in quibus exerceatur; non deſunt ſtatuę, ac pueri quoſ alligans dexteritatem conſequatur, in uinciendo maxime neceſſariam: non deſunt cadauera aut belluę, ubi ad ſecandū, uel urendum exercere manum poſſit, et talem agilitatem comparare, ut quemadmodum Hippocrates præcipit, utraque manu, et ambobus ſimul prompte et eleganter utatur. Reſtant fortunę bona: quæ ſpernenda minime ſunt: nam apud uulgus quod maxima ex parte tractandum est, ut in alijs artibus, ita etiam in medicina, longe plus ualet auctoritate diues, quam pauper. Adde quod opes commodiſſimę ſunt ad ocium: quo non minus æget medicus quam Imperator: quem Ariſtoteles secundo libro de Repub: scribit non poſſe bene imperare et in ocio eſſe, quum eget. æs alienum, res anguſta domi animum adeo ſollicitant, ut non permittant medicum eo incumbere, quo maxime deberet.

Hęc ſunt quę desiderantur in medico, antequam ad curandum adhibeatur: ſunt autem maxima ex parte communia aliarum curationum. quę nunc ſequuntur, desiderantur in eo poſtquam adhibitus est, ac preſertim ubi manus opera neceſſaria eſt: conſiſtunt autem in conſultatione an agendum ſit, et qua ratione, cultu, habitu corporis, et actione: conſultet igitur, et intueatur, antequam manum homini inijciat, num effici manu poſſit opus quod requiritur; ne sine effectus spe sibi, et alteri moleſtiam afferat. oſſa fracta, aut luxata, ubi cutē excedunt, relinquenda ſunt cui libet: periculum enim eſt, ne, si reponantur, diſtentio neruorum ſuperueniens hominem extinguat: ſagittę, ac tela quę in thorace recepta ſunt,

non

non euelluntur sine periculo vitę: quamobrem prudens medicus tunc ἀποδιδράσκει (ut inquit Hippocrates) et quasi è scæna se subducit: quod facit etiam ubi excidendus cancer sit, aut membrum totum: quòd si præcidere nervum, aut chordam cogatur, actionem partis quę inde emanabat interituram prædicit, paret Hippocrati, qui pręcipit ne quid temerè moliamur, consilium capit qua ratione manu utendum sit: eſt enim consilio locus cum multiplex sit ratio agendi: illam ergo eligit quæ non solum ad rem faciat, sed in promptu sit ac facilis nam hæc magis artificiosa eſt: non magnum spectaculum pollicetur, aut multa uerba facit: turpe enim eſt, si fortè res non ſuccedat, quos in ſummam expectationem adduxeris, deserere: nihilque tam aduerſarium eſt ijs qui placere uolunt, quàm ipsa expectatio: spectantur primò conſilia, deinde acta, poſtea euentus. Iure igitur Hippocrates illos repræhendit qui luxatam spinam curabant homine alligato ad scalam, quam ex sublimi loco ut ex turri subitò demittebant. Vbi deliberauit qua Chyrurgia uti præſtet, depræhendit animum ægrotantis, cui, si fortis sit, explicat consilium quod de curatione sumpsit, neque enim deterrebitur metu doloris: si timidus non prius significat quid agere decreuerit, quàm ad agendum ueniatur, nam interim mæſtum hominem uidereſ, morti damnatus ut eſſet; quòd si tunc ita chyrurgiam pertimeſcat, ut metu tormenti exanimetur, poſtridie se deliberaturum dicit, tunc autem nolle secare, ſed perfundere, aut fouere spongijs, celans scalpellum, atque interim timidum hominem, nec opinantem ſecat: similiter ubi adurendum sit, oportet propter ferrum cęlare miniſtros, ut inquit Lucretius: patiuntur Platonis leges medicum mon=

mentiri quum opus est, ueluti quum pueris medemur, quod præ=
clare idem cecinit Lucretius cum inquit.

Nam ueluti pueris absynthia tetra medentes
Quum dare conantur: prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci, flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus, interea perpotet amarum
Absynthij laticem, deceptaque non capiatur
Sed potius tali à tactu recreata ualescat.

Concedant igitur oportet etiam stoicorum asperrimi, ut ait
Quintilianus, futurum aliquando, ut bonus uir mendacium di-
cat. pueris ægrotantibus utilitatis eorum gratia, multa fingimus,
multa non facturi promittimus, ne dum si ab homine occidendo gras
sator auertendus sit aut hostis pro salute patriæ fallendus: præ
terea medicus dum ad chyrurgiam accedit, partim imperet, par-
tim inseruiat ægrotantibus: imperet quidem ut iustus parens
liberis, inseruiat commodis ipsorum, et eatenus obsequatur, qua
tenus et sua auctoritas patitur, et ipsorum salus,: morem gerat ce=
lando ea quę ipsi latere nolunt. Quod attinet ad cultum qui in
pilis, ueste, et unguibus attenditur, eo utatur, qui maxime pla-
cet ægrotanti, modo non sit indignus, aut ad agendum incommo-
dus: sed cum alij alium ament, nec placeat idem omnibus, spectet
ad plures aut ad sapientiores, quemadmodum legis lator quum
ferre legem non potest, quę omnibus probetur: quid, quod et il-
lud probabile est apud Aristotelem, quod si non omnibus cer-
te plerisque, aut sapientioribus satisfacit? Sed studio ægrotan
tis anteponenda est dignitas artis, et commoditas agendi, cuius
rationem habet Hippocrates, quum præcipit ut ungues aequent

digitorum

digitorum summitates: nam breuiores præbendere nequeunt exigua corpuscula, ueluti filum, acum, pilum: longiores incommodi sunt. Idem iubet ut uestis succincta sit, idest collecta, ut neque fluat, neque strangulet, tum distincta sic ut nulla parte duplicetur: pertinet ad cubitos pariter, et ad brachia, cum eos nudare turpe sit, presertim medico, qui artem adeò honestam exerceat. Seruatur ergo uestis ultra cubitum quatenus decora sit et non impediat manus operam, corporis habitus, alius conuenit coram ægrotantem prius quàm agat, alius cùm agit: prius quàm agat spectare ad decorem debet. quamobrem stans ambobus pedibus benè insistat, sed sedeat quasi pingatur, aut fingatur sua imago: dum agit siue sedeat, siue stet, commode collocetur, tum sui habita ratione, tum illius qui curatur, ac luminis. de lumine in sequentibus agetur: sui autem habita ratione quum sedet, decorè figuretur, paratus sit ad operari, ac stabilis, ne labet: hæc autem consequetur ubi sedens habeat pedes è regione genuum deorsum ad rectam lineam, non magnopere inter se coniunctos. Genua uerò paulum supra inguinum regionem diducta sic, ut cubiti possint modò illis insidere, modò utrinque dari ad latera: nam ubi ualde diducta sunt, habitum faciunt in sedendo, et stando à moderatione alienum: non minus quàm ubi si ex toto inter se committuntur, ut alterum alteri superimponitur; aut ubi in longitudinem crus totum extenditur: uel ubi pes non è regione genu, sed uersus partem posteriorem multum à recta linea declinans statuitur, ratione habita partis quę tractatur: quod attinet ad longè uel propè, non debet ita propè hominem sedere, ut loci angustia, manus ab agendo prohibeantur: neque ita recedere, ut uix ad illum perueniant: sed constitutum

terminum non excedere in priorem, uel posteriorem partem: terminus interualli sit, ut cubiti non magis ferantur in priorem partem quam genua, nec in posteriorem quam latera: sed hæc ad longitudinem attinent. Altitudinis finem chyrurgo posuit Hippocrates, ne manus porrigat superius quam sit mammarum situs: ne inferius quam ut pectore super genua incumbente, ad rectum angulum cum humeris figuretur: qui habitus medius est inter extremum flexum, et extremam porrectionem: ad latera uero porrigat manus quantum conuenit inclinari, modo sede non excedant illæ corporis partes quæ insident: nam cum agit mouere cogitur manus in priorem, et posteriorem partem, in superiorem et inferiorem in latera: quorum omnium commune est sessionem tueri, et non mouere sede, quam nonnulli relinquunt, ex interuallorum termino excedentes, quod non bene collocauerint partem quam curant, sed nimis supra, infra, ante, retro uel ad latera: nam ubi hæc nimis inferius collocetur, medicus et sede excedet, et lumini officiet. Verum ubi agit stans, uno pede insistat, non eius partis cuius manus agit, sed contrariæ, altero pede qui e regione manui agenti respondet super re aliqua sublimiori collocato, sic ut genu inguinis altitudinem æquet, perinde atque ubi sedet. Cæterum seruet eosdem fines latitudinis, longitudinis, altitudinis, ne moueatur loco, sed commode agat. Jam uero cum manibus res agenda sit, unde dicta chyrurgia, monet Hippocrates ut utamur digitis summis, plerumque indice cum pollice, tota autem manu prona, ambabus uero aduersis: siquidem alia opera totis manibus præstantur, atque digiti concurrunt, ut aliæ partes manus: alia digitis duntaxat: nam cum prehenditur acus, aut palpebra, uel scalpellus,

tunc

tunc summis digitis utendum est: pleraque autem operæ perficiuntur indice, ac pollice simul concurrentibus: quanquam concurrit interdum et medius, ueluti quum specillo illinimus, aut acum immittimus: sed quum brachium, aut crus in diuersas partes extenditur, utendum utraque manu, at una tantum prona quum cucurbitula defigitur: prominentioribus autem palmarum partibus comprimitur fractura, ut oſsa dirigantur, et componantur. Eiusmodi omnes animaduersiones siue ad consilium, siue ad cultum, habitum, aut actionem medici referantur, maxime conducunt ad institutum finem consequendum. Qui hæc obseruat, si præditus sit illis bonis, quæ ante proposita sunt, uix fieri potest, ut erret. Sed quia simul iuncta omnia magis desiderari quam sperari poßunt, ille beatus existimandus est, qui minimis urgetur, qui ue parum errat, aut in ijs, quæ parui sunt momenti: nam in grauioribus casibus si paululum modo quid medicum fugerit, æger perierit. Errare autem medicus potest, perinde atque alij artifices, uel in fine quem sibi proponit, uel in ijs quæ ad ipsum conducunt. Ad finem ultimum ut non pertinet consilium, ita neque error: neque enim potest peccare medicus in non eligendo ultimo fine, qui est sanitas, nisi consulto uelit. Sed sunt alij fines præter ultimum, hæc autem sunt opera quę ad ipsum perducunt, quæ magna ex parte complura sunt, in quibus errare potest medicus etiam nolens, non secus atque in instrumentis per quæ illa perficiuntur: accidit hoc, quum non intelligit se ministrum esse naturę, sed magistrum censens semper aliquod molitur: quan=

nis sepenumero optimum remedium sit nullo adhibito re
medio, naturę sanationem dimittere. sed cum poßit pecca
re tam medicus, quam quiuis artifex, et uolens et nolens:
præfert Aristoteles ignaro, atque inprudenti, eum qui
prudenter peccat: nam hic quando uolet benè aget,
ille non poterit benè suo munere fungi etiam quum uo
let. quamquam meliorem existimat, quod ad mores at
tinet, eum qui nolens peccat. sed satis de medico, per
gamus ad ægrotantem.

Medicinam faciendo frustra laborat medicus, nisi ægro
tans talem se præbeat (ut præcepit Hippocrates) qualem
esse oportet: hoc est ut confidat, obsequatur, perferat, toleran
ter. Efficit confidentia ut non timeat, ut contentus suis par
tibus non uendicet sibi eas, quæ sunt medici (quod in suam
perniciem facere solent, qui non confidunt) ut se tradat medi
co, cuius iußis ad unguem pareat. A confidentia igitur, quam
primum postulamus ab ægrotante, nascitur secundum, scilicet ut
obsequatur, neque conspiret cum morbo: ne duo hostes, unum
medicum superent: sed obsequens huic, resistat ac repugnet
morbo, dum expugnetur; interim omnia medici arbitrio relin
quens: quæ autem mandantur omnia exequatur, neque simu
let se fecisse quod non fecit, ne forte nolens medicum decipere,
seipsum decipiat. Tertium quod in ægrotante desideratur, est
perpessio molestiæ illius, quam curatio affert, præsertim per chyrur
giam, quanquam uictus et medicamenta, non omnino carent molestia:
alimus sepe hominem cibis et potionibus odiosis, imperamus inediam,
quam aniculæ biduum aut triduum facile ferunt. sed subduc cibum unu
diem robustiori, Deos inmortales implorabit, ferre non poße clamabit.

Quid

Quid attinet dicere de medicamentis, quam stomachosa sint, quam acrem morsum inferant etiam extrinsecus imposita? sed nihil ad nostram hanc (ut inquit Terentianus ille Chaereas) ad chyrurgiam uidelicet, nam illa patibilia sunt, nisi homo sit omnino effeminatus et molliciae fluat: haec laborem et dolorem affert fortibus etiam tolerantu difficilem: non est autem idem labor et dolor, quamuis πόνος graece utrunque significet. Consistit labor in partibus, quae ob nimiam exercitationem adeo defatigatae sunt, ut quietem postulent: dolor spectat ad solutionem continui. Egregie autem distinguuntur a M. Tullio exemplo C. Marij, qui cum uarices secabantur, dolebat, quum aestu magno agmen ducebat, laborabat. Incurrit in curatione per chyrurgiam tam labor, quam dolor, qui necesse est ab aegrotante perferatur: agemus primo de labore, quum membra laesa, et uulnerata, fracta, luxata immobilia tenentur, et eodem modo figurata: et quum tractantur et postea dum sanescunt, lacertorum continentium uis debilitatur neque sine labore diutius potest perseuerare in eodem habitu, quantum uis secundum naturam sit. Debet tamen aegrotans medico subseruire stans sedens cubans ita, ut partem affectam immobilem habeat, nisi medicus mouere aliquomodo ipsam tentauerit, alioquin uinculum quod bene insidebat, alibi laxius, alibi nimis adstrictum sentietur: peruertetur fractura, quae bene composita erat: prohibebitur exitus, quem medicus praebuit humori superanti, dum partem affectam figurauit. Sed laboriosum est seruare affectam partem eodem modo figuratam dum sanetur. Nequeo satis mirari patientiam eorum, qui curationem substinent, quam praecepit Hippocrates secundo libro de articulis ad fracturam Nasi: ait enim nullum alium medicum magis idoneum esse, si homo id dare operam uelit audeatque, quam ipsius

digiti indiceſ, hi enim maximè secundum naturam
sunt: admouere autem utrumque digitum conuenit,
ut toti naso inhæreat, atque ita quieſcere assiduè si
fieri poteſt, uel certè plurimum tempus, donec gluti
netur, glutinatur autem decem diebus. Subijcit
tamen Hippocrates, deformitatem omnes oderunt, cu
rationem non substinent, nisi aut dolore præmantur
aut mortem pertimeſcant. Ita ut non mirum sit, si
pauci sint, qui ut nasi prauitatem uitent, ferre eius=
modi laborem non recuſent: ut autem homineſ liberen
tur à dolore, aut ex mortis periculo euadant, laborem
non ſolum non fugiunt, sed ultro etiam subeunt, alioquin
repudiant: cuius rei fidem faciunt, illi quibus iugulum fran
gitur transuerſum. existimanteſ enim malum grauißimum
eſſe quemuis laborem ac preßum perpetiuntur: sed proceſſu
temporis, cum et cibum sumant, et ingrediantur perindè ac
sani, rem negligunt, et molestiam ac laborem fugiunt, nec ma=
gnifaciunt deformitatem, quæ negligentiam et mollitiem
consequitur. Interuenit manus operis præter laborem do
lor, quòd continuum soluatur quum parteſ distenduntur,
uruntur, secantur: adeò autem grauis est, et homines per
uellit, ut à paucis toleranter feratur. Quamobrem so=
lent qui eiusmodi chyrurgijs curantur, aut ualidis assis
tentium manibus, aut uinculis teneri immobileſ: nisi for
tes admodum sint, quemadmodum idem C. Marius, qui quum
secaretur, uetuit se alligari; quamuis ante non ſecarentur
soluti. Verum nullum firmius uinculum est ipsa animi
fortitudine atque constantia: neque enim prohibere manus,
aut

aut uincula poßunt quominus aliqui muſculi contrahantur, aut laxentur. Intentio muſculi, ubi ſubiectum ſit os, reddit partem ſublimiorem, ubi ſpacium inane atque expers oßis, humiliorem, ueluti ad uentrem, et inter coſtas: quo fit ut medicus uel alieno loco ſecet, uel non perficiat opus. Dum curatur oculus ſuffuſione aut ungue laborans, nullis uinculis cohiberi poteſt, quominus moueatur, ſequaturque cecitatis infortunium: neceſſe eſt igitur homo dolori obnitatur, et immobilem oculum ſeruet. Valent aliquid uincula, et manus: ſed maximè ad rem facit inductio animi ad perferendum quem uis cruciatum, ut ſanitas reſtituatur. Meditetur ægrotans in prelio timidum, qui fugiens abiectis armis turpiter trucidatur; et fortem, qui reſiſtens diſcedit ſuperior: quędam eſt curationis ſimilitudo cum prælio: quicumque enim metu doloris chyrurgiam recuſat, iacent exanimati, & uel intereunt, uel deformes, et mutilati uitam traducunt infælicißimam. Ex contrario quicumque ſunt ad dolorem ferendum firmi, et parati, plagas etiam grauißimas excipere celeriter ad priſtinum ſtatum reuertuntur. Reuoluat etiam animo, dolorem non tantum eſſe, quantum falſa uiſione, ac ſpecie mouere homines uidetur: atque etiam ſi magnus ſit magnitudinem celeritate leniri: nam breuitas temporis uendicat hominem à dolore, ante penè quam uenerit. Ne ſit igitur ægrotans animo demiſſo et fracto, ut ſuauiora in preſentia quæ ſunt prima habeat, neque conſulat in longitudinem. Cogitet igitur inter hominem, et belluam maximè intereſſe, quòd hęc tantum, quantum ſenſu mouetur ad id quod præſens eſt

se accomodant: homo qui rationis eſt particeps rebus præ-
ſentibus adiungit atque annectit futura. Habeat igitur
ſibi perſuaſum dolorem patientiæ fomentis mitigari: et quam-
tumuis perpeſſu grauem, tamen tolerabilem eſſe, et ferri ab
aliis. Si diſtentionem timet reuocet in memoriam Anaxarcum
Theodorum, Zenonesque qui ualidiſſimam eculei extentionem
firmiſſime pertulerunt. Si deterretur ſectione intueatur mi-
lites qui ferrum recipere malunt, quam turpiter uitare. Si
ignem pertimeſcat, recordetur pueri illius cui quum præſto
eſſet magno Alexandro ſacrificanti, carbo ardens ex Thuri-
bulo in brachium delapſus eſt, et tamen dolorem ſilentio preſ-
ſit, et brachium immobile tenuit ne ſacrificium impediret.
Qui hæc ſpectabit, non modo non recuſandum dolorem prop-
ter ſanitatem arbitrabitur ſed ultro ſubeundum, atque ex-
cipiendum. Sed ſatis iam expoſitum eſt quo pacto ægrotans
exequi ſuas partes debeat, quæ ſunt medico fidem habere,
eiuſdem iuſſis parere, et laborem ac dolorem fortiter ferre,
ut curetur, si non iocunde, certe tuto, et celeriter.

De officio Miniſtrorum cap. V.

Sequuntur miniſtri, quorum alii effectores ſunt alii ad-
iutores uelut qui aliis artibus inſeruiunt. efficiunt quicum-
que arte famula inſtructi, opus aliquod parant, quo dein-
de domina utatur: quemadmodum Fabri qui Architecto
ferramenta, et machinamenta conficiunt: adiuuant qui
efficiendi ſocii ſunt, ut Ferrarium fabrum, qui follem mo-
uet ad ignem excitandum, aut grauiori malleo laminam
ducunt. Inter eos igitur qui medicinæ miniſtrant, alii opera
quædam conficiunt ad ſanitatem neceſſaria, alii uim ad con-
ficiendum afferunt: quorum autem ſit utrumuis munus,

euidentiſſime

euidentiſsime patefiet, si tria curationis instrumenta, uic-
tum, medicamenta, et chyrurgiam seorsum intueamur. Ve-
niat primo in medium efficientes, deinde adiuuantes sigil-
latim in uno quoque genere instrumenti. In uictu, effecti-
onis ministerium pertinet ad Pistorem et Coquum, à quibus
panis, et obsonia conficiuntur et parantur: Gymnastes etiã
et Pedotriba apud ueteres dici poterat exercitationis effec-
tor: Medicamenta uerò conficit Pharmacopola, et Alipta:
sed in chyrurgia minister tunc dicitur efficere, quum ius-
sus à medico manum ipse admouet ægrotanti ad curati-
onem, quòd medicus uel non poſsit, uel non debeat manu
aliquid moliri: non potest quum manus imbecilla est, ui-
sus hebes, uel licet benè ualeat, inexercitatus est; quamob-
rem ministro operam mandat: Non debet, quum tractandæ
sunt partes obscenæ fœminarum, nisi urgeat grauitas casus;
honesta enim quæque, eas medico inuitiſsima ostendit atque
id circo reijcitur res ad obstetrices, quasi ad ministras medi-
ci: quanquam apud ueteres erant etiam Medicæ mulieres, qua-
rum meminit Galenus quinto libro de locis affectis, quum
scribit ab his appellatas fuisse ὑστερικὰς mulieres illas, quæ
utero laborarent. Nam propter munus obstetricis quod
exercebant, medebantur etiam uteri affectibus: et ut testa-
tur Plato in Theæteto, tales uiros ac mulieres matrimonio co-
pulabant, quales possent liberos procreare: perspectam enim
habebant corporum naturam, ita ut optimè intelligerent,
quæ cum quibus coniungi poſsent, ad generandum, ex quo προ-
μνήστριαι, quasi pronubæ dicebantur: sed re uera obstetrix
est ministra medici in tractandis partibus genitalibus fœmi-

narum. Hæc ſi priſcis illis temporibus usque adeo in
ſtructa erat, ut mederi uitioſis affectibus uteri, et cor
porum naturam deprehendere ualeret, iam medici par
tes ſibi uendicabit: quemadmodum Gymnaſtes, qui ſibi
munus tuendæ ualetudinis arrogauerat. Eſt igitur ob
ſtetrix ex miniſtris efficientibus, cum medicus illi minis
terium effectionis uniuerſum imponat. Sed perpendamus
quales ſint auxiliarii. Inſeruiunt igitur uictui præter
Ancillas, et seruos, qui lectos ſternunt, aut ueſtem impo
nunt, uel detrahunt, illi qui miniſtrant eſculenta, et
poculenta, obseruant ægrotantem, dant operam, ne intem
peſtiue uigilet, aut dormiat: sed ad unguem exequatur
quæcumque circa sex res non naturales fuerint à me
dico imperata. Inſeruiunt medicamentis apud ægrotantem,
qui hæc adminiſtrant, siue intus dari debeant ueluti quæ
deuorantur, aut bibuntur: siue extrinſecus imponi, ut
illita, aut perfusa. Poſtremò adiuuant miniſtri dum manus
adhibetur, atque hi nobis nunc propoſiti sunt, ut qui pro
prie pertineant ad Chyrurgiam, & ueri sint miniſtri: nam
effectores quos diximus pro medico manum admouere, fun
guntur magis officio medici, quam miniſtri. Sunt igitur
in Chyrurgia adiutores qui corpus continent, extendunt,
porrigunt partem affectam, præbent inſtrumenta dum
manus admouetur; siue à medico siue a miniſtro effectori
iam dicto: sed iuuant etiam poſtquam admota eſt, ut in
fractura naſi, quum homo defatigatur digitos intus con
tinendo ut fulciat ac dirigat: miniſter tunc digitos ſu
mittit, quemadmodum præcipit Hippocrates. Hæc sunt quæ

miniſtri

ministri debent pro seruitio ægrotantis. Superest ut intueamur quales esse ipsos oporteat. Ergo quæ desiderantur in ipsis, et antequam ad ægrotantes adducantur, et postquã adducti sunt, si eadem essent quæ supra requirebamus in medico, nihil esset utilius: sed uix Principibus tales assistunt ministri: quamobrem contenti esse debemus, si non quæ utilia, saltem quæ necessaria in ministris inueniuntur. Deligere igitur oportet iuuenes, benè ualentes, ut idonei sint ad laborem perferendum, mundos ne stomachum moueant, probos ut fideliter seruiant, peruigiles, atque impigros, ut obsequio assiduè maneant, prudentes ne ob imprudentiã perturbent, aut perturbari sinant animum ægrotantis, sed magis ualeant perturbatum sedare, ut in ipsis medicorum pareat: exercitatos ut prompte, et apposite suum officium faciant: et tandem non inuisos ægrotantibus, ne molestiam ipsis afferant assiduam. Sed quum iam presto sunt ægrotantibus, primum quod postulatur à ministris est, ut obediant, id quod commune est etiam cuiuslibet artis: omnes enim necesse est imperium exequi. Propriè autem in medicina effectores ut coqui, et Pharmacopolæ ita parare obsonia, et medicamenta debent, ut non solùm utilia sint, sed etiam placeant: uel quantum res patitur minimum displiceant. In chyrurgia uerò ne hilum quidem discedere oportet ab iis quæ imperantur nec clamore laborantis aut assistentium commoueri ita ut opus relinquatur imperfectum; nihil ergo temerè agendum, sed tanto maior adhibenda diligentia est quanto res cum maiori periculo tractatur: neque immerito repudiabat Misis Lesbiam ob ste-

tricem, quòd temulenta eſſet mulier, et temeraria, nec satis digna cui committeres primo partu mulierem. Sed ministri adiutores quod attinet ad uictum, nihil præte reant ex ijs quę medicus præcipit. solent autem præter re mulieres assistentes, ut cognatę, uel affines, quum ueren tur ne uires inedia conuellantur, atque idcirco libera lius nutriunt, quàm medicus iuſſerit: at neque in genere etiam ciborum legem impositam seruant, sed et fructus, et alia esculenta, et poculenta ministrant, quę ab ipsis expetuntur: ita ut plerumque præstet uti infimis homini bus, qui mercedula adducti ministros se præbere solent in curatione: quo autem quisque propior est, seruit be nignius, et fidelius, dicet aliquis: fateor modo non indul geat, ut plerumque fieri uidemus, ita ut præstantiores sint ad eiusmodi infimi homines, quos dixi, ut qui magis peri ti sint atque exercitati, neque ita defatigentur assidu itate ministerij: solent autem ei optime inseruire, à quo plurimum sperant. Sed quicumque sint, exequantur pri mò imperium medici, deinde studeant pro uiribus placere ægrotanti mundicie, et elegantia; caueant ne importuni, aut morosi sint, nam sic excandesceret animus ægrotan tis: prohibeant tristes nuncios, ne conficiantur mœrore: obseruent ipsum diu noctuque ut possint quęcumque acci derint referre. Eadem ratio est eorum, quum medicamen ta ministrant, in quibus interdum seruitij assiduitas postu latur, ueluti quum oleo calido perfunduntur partes, quę neruorum distentione periclitantur, aut uino nigro austero uulnera, quibus imminet inflammatio: nam si ministri à

perfundendo

perfundendo desistant, periculum est ne distentio ner uorum, aut inflammatio subeat, linteis exsiccatis. Qua propter Galenus quum aßistentium ignauiam timebat, pro uini perfusione ad coercendam inflammationem lintea liquido cerato inungebat: ubi minister non fuerit iners, non permittet negligentia sua aliquid mali superuenire, sed quamuis feßus benigne durum ministerium exequetur: reuocabit in memoriam venatores, qui in Niue, in montibus pernoctantes leporem, aut aliud pulpamentum quærunt; quanto autem præstantior est uenatio sanitatis, tanto acrius eiusmodi diurnum, ac nocturnum ministerium subibit. Restant illi, qui dum medicus manu medetur, efficiendi socij sunt; ijs præcipit Hippocrates, primum ut iußis medicorum pareant, quod eque ad alios spectat, deinde ut taceant, maxime enim ad rem pertinet silentium: impedit manus operam sepe rumor propinquorum, quum nimia quadam lenitate, ac perniciosa quadam misericordia commoti clamant, neque uri, secari atque extendi quantum necesse est permittunt. nocet turba eorum qui dum egregium, ac difficile opus conficitur, ueluti quum membra fracta, aut luxata extenduntur, componuntur, reconduntur, obstrepentes clamant, et consilia in medium proferunt sic, ut ea quæ subinde à medico imperantur, exaudiri minime poßint: bene autem tunc cum ægrotante agitur, quum taciti sedent ad iußa ministri, ut sapiens Poeta dixit. Id quod uidemus in alijs artibus, ubi difficilia opera sunt, obseruari, et in gubernandis nauibus, in attollendis grauioribus ponderibus per machinationes, ad Deorum templa, uel Theatra ædificanda: nam

unus, qui eiusmodi operibus preeſt, imperat: reliqui omnes si lent, et iuſſa exequuntur: proprie autem miniſteria dum chyrurgia exercetur, apposita sint ad id, quod res postulat: ueluti si continendum est corpus ægrotantis dum manus ad hibetur, contineatur immobile: si porrigenda pars affecta porrigatur eo modo quo fuerit à medico collocata: si ex tendendum, aut impellendum, adhibeatur tanta uis, quan ta neceſſaria est: si præbenda sunt inſtrumenta ut scai pellus, forfex, laqueus, candens ferramentum, preſto sit & præbeatur opportunè, à miniſtro diligenter nutum me dici intuente: si poſt chyrurgiam miniſtro opus sit, qui di gitis fulciat nasum fractum, summa patientia opus est, ne peruertatur: sed uix reperies qui aſſiduum eiusmodi labo rem perpetiatur. Hæc de miniſtris.

Qualia oporte at esse inſtru menta. Cap. VI.[m]

His proximè subijcienda sunt inſtrumenta, ob maximam quam cum ipsis habent conuenientiam, ex quo dicta sunt ab Ariſtotele miniſtri inanimes, perindè atque illi inſtrumenta animata: quibus non opus eſſet, si inſtrumenta per se moue rentur, qualibus usum fuiſſe Dædalum ferunt: sed cùm ne queant suo nutu moueri, neceſſarij etiam sunt miniſtri: in ſtrumenta autem sunt illa quibus utimur ad opus efficiendũ cuius gratia instituta sunt: neque enim sectio serræ gratia est, sed serra gratia sectionis. commodè uero sub effici entibus causis comprehenduntur, non quò propriè efficiant, sed quò uim conferant ad efficiendum: digniores, autem et priores sunt causę propriè efficientes, quàm illę quę sunt efficiendi sociæ, uelut inſtrumenta. Scire autem licet ubi plu res causę effectrices concurrant, primam habere uim effectri

cem

cem propriè, ceteras eſſe loco inſtrumentorum, ut autem pri-
ma utitur ſecunda tanquam instrumento, ita secunda uim ha
bet effectricem si conferatur ad tertiam et utitur hac ut instru
mento, sicque deinceps priores habent uim efficiendi, poſteri-
ores instrumenti locum tenent. Quod conspicuum eſt, tam in
operibus quę fiunt à natura quàm in ijs quę conficiuntur ab
ab arte: ex operibus naturæ procreationem uidetur effice-
re semen, quod tamen eſt inſtrumentum animæ efficientis
sicut hæc rurſus cęli, cui tanquàm causæ tribuenda eſt pro
creationis effectio, animę uerò, et semini, tanquam instrumentis.
Ex operibus artis scamnum confici uidetur ab aſcia, terebra,
malleo, serra, hæc tamen instrumenta sunt, quæ mouentur à
manu, sicut hęc ab arte fabrili, quæ uerè eſt causa effectrix:
ac ne recedamus à medicina, sanitatem efficere uidetur medi-
camentum, quod tamen eſt instrumentum artis medicinalis,
sicut hæc rurſus miniſtra naturæ, eadem enim eſt proportio
inter medicamenta & medicum, quæ inter hæc et naturam.
Sunt autem inſtrumenta, quibus utitur medicus uictus ratio,
medicamenta, & manus, quæ rurſus egent alijs instrumen-
tis. Eget uictus lance ad obsonia, scutella ad pulticulam,
calice ad potionem, labro, strigile, spongia, pelui ad balne
um: sed hæc spectant ad communem uitæ usum, quibus ac-
cedunt quædam propria in curando, ut uas oris anguſti, quo
utitur Galenus ubi uires imbecilles sunt, ad sorbitionem sum-
mendam: huiuſmodi eſt etiam ampulla uitrea duplex collum
habens, alterum rectum amplum alterum anguſtum atque in
curuum: hoc ad os admoto, hauritur liquor qui in uase conti-
netur, illo completur uasculum, et permeat subinde aër qui

liquori succedit. Egent etiam medicamenta instrumento: propinantur potiones à Pharmacopolis argenteo calice: sic enim celatur foeditas coloris. Ad ea quę infunduntur, aptatur clyster: inspirantur pulueres per calamum: illinuntur liquidiora medicamenta specillo. Sed relictis nunc uictu et medicamentis, insistamus in manu, quæ, ut rectè traditum est ab Aristotele, est instrumentum instrumentorum: non tamen sola sufficit omnibus operibus, sed interdum utimur alijs partibus corporis, ut summo humero aut calce ad reponendum humerum luxatum, quemadmodum docet Hippocrates primo de articulis libro: ut labijs ad sugendum humorem, uerrucas educendas aut myrmecia: quarum partium opera ad Chyrurgiam referri debet, sic appellatam quòd pleramque manu præstet: quamquam utitur manus sepè alijs instrumentis. Id quod non solum medicinæ, sed usu etiam uenit alijs artibus. nam Figulus ex luto quędam uasa efficit, sola manu, quædam manu simul et currente rota. Medicus igitur interdum sola manu utitur, ut quum extendit, uel componit puerorum membra luxata, aut fracta, interdum adhibet alia instrumenta preter manum. Ex illis alia uocantur instrumenta simpliciter, alia machinamenta: instrumenta simpliciter nullam machinationem habent; huiusmodi sunt scalpellus. scalper, specillum, forfex, hamus, uolsella. Machinamenta sunt instrumenta quæ Axe, Timpano, Trochleis aut alijs eiusmodi partibus, ad trahendum idoneis, continentur. Hec pertinent ad extendenda membra ualidiora quum luxantur uel franguntur. Sed cuiuscumque generis

sint

sint chyrurgica instrumenta, qualia esse debeant, iam
tempus est generatim exponere: nam speciatim de uno=
quoque tractabimus, quum ueniemus ad operas sigillatim
ad quas perficiendas parantur. In uniuersum igitur talia
esse debent, ut tutò, citò, et iocundè perficiant, id quod res
postulat: eligenda igitur sunt, quæ facultatem requisitam
habeant, ut, uerbi gratia, secandi, abradendi, alligandi, im
pellendi: nam decipimur interdum specie recti, eligentes ea,
quę tantùm absunt, ut efficiant quod propositum est, ut
etiam contrarium præstent: ueluti uter inflatus quem Hip=
pocrates ait non solùm non reponere femur luxatum, ad
quod bellè inuentum uidebatur, sed expellere: primò igi
tur talia accipienda sunt instrumenta, qualia præstare
possint quod requiritur: at neque hoc satis est, nisi etiam
tutò citò, et iocundè id prestent: ergo ut tutò res agatur,
eligimus, uel quę per se non possint noxam afferre, uel
quæ ualeant prohibere, ne ab alijs afferantur. Tuta sunt
instrumenta incidentia, neque noxam afferre possunt, ubi
circumsurgit quædam mora, quæ prohibet ne intus delabi
possint, plusquàm necesse sit: nonnulla etiam defendunt à
noxa, quam excisoria instrumenta possent afferre, hoc pres
tat lamina membranæ custos quæ subijcitur, ne uioletur
membrana, quum præciditur caluariæ os. Ut autem citò
curemus, habeantur parata instrumenta apud medicum, ido
nea ad quamuis operam, ut specilli acuti ad incidendum, ad
extendendum axes, quos paruo momento uersemus: inepta
instrumenta tarditatis causa sunt, quod medico turpe est,
et ægrotanti incommodum, uel potius infortunium. Hippo

crates reijcit balneum, ubi deeſſent τὰ ἄρμενα, id eſt instru
menta ad eius usum neceſſaria, ueluti labra, ſcaphia, Pel
uis, Strigil: ut ergo opera expediatur, sint præsto instrumen
ta apposita, quæ, neceſſe est plura haberi cuiuscumque ge
neris: neque enim æqualia sunt corpora, quæ tractantur, sed
maiora uel minora, quorum magnitudini respondere debet
magnitudo instrumentorum: ac fascias quidem non eiusdem
magnitudinis aptari paruulo puero, et robusto uiro, claris
simum est. Fiſtulæ quæ adhibentur ad eliciendam urinam
retentam, auctore Cornelio Celso, diuersæ magnitudinis ha
beri debent ut ad quamlibet ætatem accomodentur. Iubet
Hippocrates, quum oſſa cruris cute excedunt, ut per uectes
ferreos reponantur, qui plures sint, et diuersæ magnitudinis
Ne igitur inopia instrumentorum, aut reddamus artem man
cam aut curationem remoremur, instructa sit medici offi
cina magno apparatu cuiuscumque generis, ac magnitudi
nis idoneorum instrumentorum: sed quia non semper euenit,
ut ægrotantes ad medici officinam adducantur, sepius enim
cogitur medicus aut castra sequi, aut ruri, uel in itinere me
dicinam facere; id circo præter instrumenta, quibus instructa
taberna est, habeat alia magis expedita, quæ secum gestare
poſſit. Expedit ex sententia Hippocratis, iis qui in magna
aliqua urbe medicinam exercent, habere scamnum illud quo
fracta, & luxata extendi simul, ac restitui poſſunt: sed quia
hoc longe grandius, et grauius est, quàm ut transferri commo
di poſſit in diuersa loca paruulum aliquod machinamentum
habeatur: tale est Plinthium Nilei, aut Nimphodori: tale
etiam est Trispaſtum Apellidis. At ubi penitus instrumenta
desint

artificio medicus deſtitui uidebitur, si deserat ægrotantem: ex illis igitur quæ ad comunem uitæ usum spectant, quæ ne preſto sunt aliquod statim accomodare debet ut Raſtri manubriolum, Piſtillum, scalam, Rotæ modiolum baculum, trabeculam ad extendendum: quemadmodum monuit Hippocrates in opere de fracturis, et de articulis, si cucurbitulæ non ſint, utatur parua olla, aut cyato uitreo: quod si induſtrius fuerit, numquam deerunt inſtrumenta: quanquam magis apposita sunt illa, quibus inſtructa officina est: quid, quod neque hæc semper apposita sunt? sed noua quotidie excogitantur? quemadmodum nuper ab Antonio Ponzanello Chyrurgo doctiſſimo, fiſtula ad eliciendam urinam, quæ ab uno extremo demittitur in uesicam et duos digitos prope alterum pilam habet concauam, ab inferiori parte perforatam: ad extremam fiſtulam miniſter os admouet, ut cum aere attrahat urinam, inferius pilæ foramen claudit digito, quem remouet, ubi iam effluere urina incipit, ut exitum habeat. Petuntur etiam noua inſtrumenta ab alio artifice, ut à fabro uel Architecto: id quod memoria noſtra fecit Jacobus Perusinus, quum Romæ Marcellum Creſcentium uirum clariſſimum, curauit: ex uulnere enim os malarum sectum erat, neque contineri poterat coniunctum cum alio oſſe, à quo separatum fuit: rogauit Jacobus Benuenutum Cellinum artificem celando, ac fingendo præſtantiſſimum, ut inſtrumentum inueniret, quo contineretur id os cum altero coniunctum, dum sanaretur. quo inuento, res ad uotum succeſſit. Habeantur igitur parata inſtrumenta idonea, quæ ubi præſto sunt, ut celeriter res agi poſſit ne in mora ſint, collocentur loco idoneo, scilicet

prope partem affectam: interuallum tamen ab illis ad hanc tantum sit, ut non impediat actionem. sed traduntur interdum præbenda ministris, qui, ut in superioribus monstrauimus, parati eſſe debent, ne operam retardent. At non satis est ad celeritatem, uel habere ministros paratos, qui ea statim præbeant uel idoneo loco collocare: sed quia plerumque pluribus utimur, neceſſe est in ordinem disponantur sic, ut primo loco sint, quæ primò adhiberi debent, et sic deinceps secundo, et tertiò. Jam uerò ut iocundè instrumenta adhiberi poſſint, ubi licet, mollia eſſe debent ueluti spongiæ, quas Hippocrates molles desiderat, ut lenius insidant: debent eſſe munda, ueluti ferramenta fulgentia, et ueluti lintea, quæ oportet omni coloris, atque odoris fœditate carere.

Quatuor iam exposita sunt, ex illis quibus contineri chyrurgiam diximus: restat quintum lumen, quod ut commune est cuiuslibet chyrurgiæ, ita proprium est eius duntaxat, non secus atque instrumenta: nam medicus, ægrotans, et ministri pertinent etiam ad uictum, et medicamenta: instrumenta uero quæ ad uictum spectant, ferè pertinent ad commonuem uitæ usum: illa uerò quibus utimur ad medicamenta, aut pertinent ad communem uitæ usum, aut manum postulant atque idcirco ad chyrurgiam referuntur, in cuius operis ponitur artificiosa medicamentorum admotio. Lumen autem, de quo nunc agimus, ad uictum et medicamenta sine ullo artificio adhibetur à ministris, ad chyrurgiam non item, sed artificium in se habet, quod latet uulgares, et artis expertes: quamobrem cadit sub artem mode

ratio

ratio luminis, quæ ad manus operas neceſsaria eſt. Propo
nitur igitur ab Hippocrate duplex lumen, commune, & pro=
prium: commune eſt quo omnes utuntur, sub dio potiſsimum,
deinde in ampliſsimis ædibus, ubi patentiores fores sunt, ac
luminis plenę: proprium in noſtra poteſtate est, compara=
turque à nobis quum fores, ac fenestras, aut totas, aut ali-
qua ex parte patefacimus: præterea quum alias claudimus,
alias aperimus. Comparatur item à nobis proprium lumen,
quum faces, lampades, lucernas, aut tale quid accendimus.
Utriusque luminis et communis & proprij subdit Hippocra-
tes duplicem eſse usum, cùm, et aduerſo, et auerſo uti liceat:
auersi luminis paruum eſse usum ait, et euidentem mode
rationem, cùm utamur aduerſo ferè in omnibus casibus:
collocamus enim quod inspicitur, aut tractatur sic, ut spec
tet ad lumen: debet autem, ex luminibus quę dantur, con=
uerti ad maximè illustre: huiusmodi est in sole, ubi nihil
officiat eius luci. adiecimus, ex ijs quæ dantur, quia non
semper hoc datur, cùm in ædibus ægrotantium multa sæpe
luminibus obſtruant: ergo ubi non poſsis habere quod uelis,
habe quod poſsis: utere igitur lucerna: ~~utere igitur lucerna~~,
aut cerea face, quantum fieri poteſt illuſtri: quòd si ad-
ducatur homo ad ædes medici, debet in illis eſse officina,
quam Romani à medicis ducto uocabulo, medicinam appel
larunt: id quod Amphitrio apud Plautum manifeſte de=
monstrat, quum Naucratem querens inquit, Neque in urbe
inuenio quemquam, qui illum uiderit: nam omnes plateas
perreptaui, gymnasia, myropolia, apud emporium, atque in
macello, in paleſtra, atque in foro, in medicinis, in tonſtrinis,

apud omnes ædes sacras. Idem Plautus in Menegmis indu
cit senem loquentem: facite illinc iam in medicinas abla
tus sublimis siet. Sed græci etiam eiusmodi officinam ἀπὸ τοῦ
ἰατροῦ idest à medico ἰατρεῖον nominarunt: dicebantur etiam à
Romanis tabernæ, quod ex verbis M. Tullij colligitur
quum ait instructam, & ornatam Larini medicinæ exer
cendæ causa tabernam dedit: sed siue taberna, siue of
ficina, siue medicina dicatur, nihil interest: modo
intelligamus hanc, ut parata erat à ueteribus medicis,
ita à nobis parandam esse talem, ut à solis lumine col
lustretur: cuiusmodi erit, si spectet ad meridiem, ha
beatque fenestras ampliores, quales nunc in tonstrinis
uidemus, ne desit lumen illustre, ad quod conuerti pos
sit affecta pars, ut primò perspiciatur, deinde curetur.
Eiusmodi officina debet esse instructa instrumentis, &
machinamentis grandioribus, quale est scamnum Hip
pocratis. Sed reuertamur ad lumen aduersum, quod
eligendum est quam maximè illustre, modo non noceat:
nam interdum nocet, ut hyeme, propter frigus, æstate
propter æstum: adde uentum qui ferè incommodus est,
præsertim ubi neruosæ partes laborent: adde etiam quod
sol, ijs, qui putredine, aut sanguinis fluxu periclitan
tur maximè alienus est: in quo casu, non quod datur il
lustrissimum sed quod noxam non afferat, accipimus.
Verum quum Hippocrates præcipit, ut ex luminibus quæ
dantur, conseruntque, homo ad illustrissimum conuer
tatur, excipit eos casus, ubi latere quidpiam oportet, aut
conspici non decet: celat prudens medicus præsentes tam
quàm

quam indignoſ aliquando magiſterium artis, ut eius
auctoritatem tueatur: cauet ne aßistentes, ac neceßa=
rij ægrotantis perspicere poßint quod agitur. quod sæ
pe indignetur, et chyrurgo, quasi carnifici succenſeant,
si uel absceßum aperit, uel teſtem putrem abſcindit, uel
ut diſtentionem curet, neruos transuersos præcidit. Sed
quędam etiam celare medicus debet ob laborantis pudo=
rem, ut parteſ obscęnas, quas non modo mulier, ut supra
indicauimus, sed etiam honestus quisque uir inuitißimus
alteri oſtendit: et quamuis in procliui sit mißos facere
curioſos, et sollicitos, pudet hoc sæpe ægrotantes, non mi=
nus quam illud: utetur ergo tunc medicus eo lumine, quo
hæc celare poßit: neque accipiet simpliciter quod illuſtriſ=
simum est, et non nocet. Restat lumen auerſum, cuius
diximus ex sententia Hippocratis, paruum eße usum, et
euidentem moderationem: utimur ergo lumine auerſo
tantum ad eas partes, quæ luce offenduntur: quippe qui
ex partibus nostri corporis soli percipiunt lucem, et soli
eadem offenduntur, ubi affecti sint inflammatione, aut
epifora, nam lux et dolorem mouet, et materiam conci=
tat: non sic læduntur quum suffusione, aut ungue labo=
rant. palpebris autem minime noxium est lumen: ergo
ubi curamus oculoſ inflammatione, uel epifora affectos,
utendum lumine auerſo: non tamen penitus, nam sic mi=
nime perspici poßet quod agitur, periculoseque res trac=
taretur. Sed qua moderatione auerti à lumine debeant,
non difficile est inuenire, si quis ad duo consilium diri=
gat: unum ut oculi affecti minime lædantur, alterum

ut perspici poßit quod tractatur: inflectemus autem con
silium modò ad hoc modò ad illud, spectantes id quod
maximè urgebit: atque hæc de lumine.

De diuisione totius chyrurgiæ cap. VIII.

Qualia eße debeant quinque illa, quibus chyrurgia conti
netur, exposuimus: quæ, cùm communia sint cuiuslibet
chyrurgiæ, proximum est ut ueniamus ad propria singu
larium, quas præstat ante diuidendo inuestigari. Chy
rurgia igitur, cum sit opera manus, qua tanquam instrumento
utitur ad medendum, in singulares operas distribuitur: non
in theoricen et practicen, aut in contemplationem tractandorum
et rationem tractandi (ut nonnulli credunt) qui magis partiun
tur medicinam totam, quàm hoc tertium medicinæ instrumen
tum: sed relictis ijs, pergamus ad eos qui chyrurgiam sepa
rant in operas, quos laudare par eßet, si genus per contra
rias differentias in suas partes diuiderent: nam sic singu
las operas speciatim uenarentur: id quod minimè consequ
untur, cùm magis enumerent, quàm diuidant. Auctor il
lius libri de institutionibus medicinæ, qui Galeno ascribi
tur, existimat Chyrurgiam totam in compositionem, &
diuisionem consumi: utrique autem suas operas supponit.
Quæ partitio, quàm imperfecta sit demonstrant recentiores,
qui tertium membrum adijciunt, eorum scilicet quæ in cor
pore nostro sunt detractionem: quæ multiplicem manus
operam desiderat, quarum nulla, uel ad compositionem
uel ad diuisionem referri poße uidetur: sed neque sic eti
am tripartita diuisio complectitur operas omnes: id quod
euenit quoque diuisioni Albucasis, qui in operis chyrurgiæ
posuit sectionem, ustionem, oßium compositionem: quot autem
autem

operas relinquant diuisiones propositæ, ex ea, quam proximè subijciemus, colligi quàm facilè poterit. Hanc ut uia cum ratione tradamus, necesse est depromere differentias uel à subiecta materia, uel à fine: sunt autem subiectæ materiæ partes nostri corporis, ad quas operæ admouentur: finis uero ille est ad quem diriguntur. differentiæ, quæ nec à subiecta materia, nec à fine sumuntur, aduentitiæ sunt, et non propriæ, quas si quis in partitione sequatur, instar praui coqui, ut sapienter tradidit Plato in Phedro, magis franget, quàm articulatim diuidat. differentiæ à subiecta materia sæpè à Galeno accipiuntur: ueluti quum febres dispertit in eas, quæ in spiritibus, quæ in succis putribus, quæ in partibus solidis uersantur: sunt enim spiritus, succi, et solidæ partes subiecta materia, cuius differentiæ efficiunt diuersa febrium genera. Idem Galenus quum in libris de medendi methodo, docet curationem solutionis continui, differentias ducit à subiecta materia: nam in tertio, quarto, et quinto, libro ponit curationem solutæ unitatis in carne ac partibus mollibus: in sexto autem illam adscribit, quæ refertur ad partes duriores, ut ossa, neruos, ligamenta. Galenum imitatur Paulus Ægineta sexto libro, ubi agit propriè de chyrurgia, quam in operas diuidit bipartitò, ductis differentijs à duplici genere partium; cùm aliæ molles sint, aliæ duræ: persequitur autem speciatim operas, quas postulant partes duræ, et quas molles. Hanc diuisionem non possum non probare, quanquam mihi magis arridet, cui finis suppeditat differentias: nam in illa

differentiæ quæ summuntur à subiecta materia, non ita contrariæ sunt, ut non constituant operas, quæ ferè ad utrumque genus partium pertineant, ueluti secare adurere componere, alligare claudere aperire: quibus pariter utimur ad partes molles, atque ad duras: quòd si diuidentes ducamus ducamus differentias à fine, ad quem operæ diriguntur, magis oppositæ erunt, paucas'que comperiemus, quæ spectent ad diuersos fines: quas tamen ubi nanciscamur, ad eum referemus ad quem spectant maxima ex parte. Commodè igitur chyrurgiam in singulas operas partiemur, si ducamus differentias à fine. finis igitur ad quem medicus chyrurgiam dirigit, est ut uel inseruiat uel agat: hac distinctione utitur Hippocrates in operè dè officina medici, quum non uniuersam chyrurgiam, sed iuncturam solummodo, seu fascias diuidit: quas ait uel efficere, uel efficiendi socias esse: efficiunt quum uel adducunt quod separatum est præter naturam, uel diuidunt quod coniunctum, uel humorem concitant, aut reprimunt: inseruiunt ~~autem~~, et efficiendi sociæ sunt quum super data medicamenta continet. Ergo ut hæc sola opera uinciendi separatur ab Hippocrate in eam quæ agit et eam quæ agenti inseruit, sic licet chyrurgiam totam secare, in eam quæ inseruit, et eam quæ agit: ex quibus tertia quædam constituitur utriusque particeps, partim inseruiens, et partim agens: cuilibet autem trium membrorum complures operæ subijciuntur, quas nunc persequemur omnes, ut à summis generibus orsi, ad imas species proficiscamur, nihil medium

relinquentes

relinquentes. Chyrurgia igitur quæ inservit (ut ab hac ordiamur) rursus tripartita est, cum et triplex esse possit eius finis: accómodatur enim uel ad cognoscendum, uel ad cognoscendum et agendum simul, uel ad agendum dumtaxat. Rursus illa qua utimur ad cognoscendum, aut inservit antequam ad curandum adhibeamur, uelutí sectio cadauerum, quam græci anatomen dicunt, aut postquam adhibiti sumus; tunc enim specillo, aut digitis exploramus id malum, quod sub aspectu minime cadit. Ut autem cognoscamus, et agamus simul, necesse est tondere pilos, detergere sanguinem, uel saniem, dilatare, ac dilatatum seruare locum affectum. At multę sunt operæ quæ inseruiunt ad agendum dumtaxat et non ad cognoscendum: nam sępe ut medicamenta admoueamus, necessaria est manus artificiosa, pręterea figuramus, collocamus, fulcimus, curandas prohibemus partes affectas à subiecto uitio cutem resoluimus, calculum frangimus: ut item succum noxium detrahamus, secamus uenam, sanguisugas admouemus, scalpello exasperamus, abscessum aperimus: quæ omnes operæ non ad cognoscendum, sed ad efficiendum inseruiunt. Alterum membrum primæ diuisionis continet operas illas, quæ agunt simul, & inseruiunt: quod faciunt uinculum, extentio, frictio. Ad tertium pertinent operæ agentes dumtaxat: agunt autem quum uel corrigunt id quod utile est et relinqui debet in corpore: uel curant quod inutile, atque alienum. Corrigitur quod utile est, coniungendo, separando, dirigendo, componendo, restituendo in suum locum, asperum

uel lene reddendo, aperiendo, claudendo, reprimendo quod excedit, addendoque quod deest: nimis aperta claudimus, aut nimis clausa aperimus. Ad id uero quod inutile est, et alienum utimur aut translatione, aut detractione: transfertur calculus qui obstruit ceruicem uesicæ: transfertur humor qui pupillam suffundit: detrahimus autem humorem exprimendo, sed duriora corpora euellendo, incidendo, adurendo. Hæc igitur sunt operæ omnes chyrurgiæ, quas suppeditauit nobis partitio sumpta à fine: reliquum est, ut quid unaquæque seorsum postulet, perscribamus: quod exequemur in sequentibus libris, nam in hoc primo abunde sit, et communia præcepta tradidiſse cuiuslibet chyrurgiæ, et singulas operas inueniſse: ita ut huic libro finem commode statuerimus.

Finis primi libri de chyrurgia.

VIDI VIDII DE CHIRVRGIA LIBER SECVNDVS

Qui eſt de operis inſeruientibus.

Operas, in quas Chyrurgiam diuiſimus deſcribere nunc aggredimur, non membratim, quemadmodum alij ſolent, ne idem ſepius repetamus, sed ſpeciatim, et typo (ut inquit Ariſtoteles) tradem⁹ igitur regulam quandam de unaquaque opera, ad quam dirigi conſilium poſſit, quum exercenda eſt, in ſingulis partibus: quas ſi quando commemorabimus, id faciemus ut euidentius ſit, quod de propoſita opera narratur; conſtat enim quod obſcurum eſt, exemplo patefieri: in perſequendis autem operis, eas primo loco collocabimus, quæ primæ uſu ueniunt, ſicque deinceps alias. quamobrem primum locum occupabunt quæ inſeruiunt, ſecundum quæ inſeruiunt et agunt, tertium quæ agunt dumtaxat. Perſcribemus igitur in hoc ſecundo libro illas quæ inſeruiunt, siue cognitioni, ſiue cognitioni et curationi, ſiue curationi tantum. Ordiemur ab ijs quæ ad cognoſcendum ſolummodo accõmodantur: quibus utimur partim priusquam ad curan-

De Anatome Cap: prim:m

dum adhibeamur, partim postquam adhibiti sumus. Sumemus initium ab illis, quibus ad cognoscendum utimur, priusquam ad ægrotantem adducamur. Referuntur omnes eiusmodi operæ, ad unam anathomen (sic enim appellant græci corporum sectionem) ad quam nunc pergimus. Significat igitur Anatomē incisionem internarum partium nostri corporis, quanquam nonnulli eodem uocabulo abutuntur, ad notandam sectionem quoque partium externarum: est autem summoperē necessaria: neque enim potest humani corporis natura deprehendi, nisi aperiatur: detectę enim, et patefactæ partes in conspectum medici ueniunt, ita ut posit persecando uiderē, quæ antē latebant: sic etiam qui fingunt aut pingunt magis imitari externarum partium imaginem possunt, ubi musculos, cordas, uenas, oßa quę cuti subsunt, probē teneant: ita ut horum quoque intersit humanum corpus aperirē, et latentium partium compactionem intueri. Pertinet etiam anatomē ad Philosophos, qui ut aliarum rerum, ita animalium, et propriē hominis naturam contemplantur: quam minimē intelligerent, nisi detectas, et apertas uiderent singulas partes nostri corporis: persecando autem dignoscerē possunt, tres nē partes habeat animus, ut Platoni placuit, rationis, iræ, cupiditatis, an simplex, unus quē sit: sic etiam summum naturæ artificium intuentur, et Deum optimum maximum colunt, cuius quasi ars et prudentia eßē, natura existimatur: hanc in hominis fabrica admirantur ita, ut statuant nihil aptius, nihil descriptius effingi potuißē, cum eędem partes

tes

tes, quæ ad usum, & ad functionem neceſſariæ sunt, ornatum quoque præbeant incredibilem: sicque fatentur aliquam eſſe uim diuiniorem, quæ cum consilio, et prudentia humanum corpus ingenuit: sed relicta utilitate quam Philosophi, aut artifices percipiunt ex anatome, pergamus ad eam, quam propriè medicus colligit: uenatur ex hac singularum partium functionem, connexionem, numerum, figuram, magnitudinem, ordinem, colorem duritiem, molliciem, leuorem, proceſſus, ac receſſus: sicque potest benè ualentes tueri, iam labantes confirmare, atque eos, qui in morbum aliquem inciderunt, ad pristinam sanitatem restituere: id quod minimè consequeretur, nisi incidendo singularum partium peritiam sibi comparaſſet, sine qua non poſſet locus affectus deprehendi, tractari, aut remedijs nutriri: neque enim sufficit nouisse cuius partis sit functio læsa, ad intelligendum locum affectum, cum sæpè accidat ut inuiolata parte functio pereat: quod illi euenit, qui digitorum manus motum amiserat exictu ad spinam: frustra enim admouebantur remedia ad digitos, quandoquidem curare spinam oportebat: id quod Galenus se feciſſe testatur, sicque hominem sanaſſe: id autem tribuit peritiæ, quam sibi per anatomen comparauerat: uiderat enim à qua parte spinæ deducerentur nerui qui digitis præbent facultatem motus. Inseruit igitur anatome ad cognoscendum locum affectum: inseruit et ad curationem, neque enim curari potest quod ęgrum est, ab eo, qui, quid sit ignoret, neque possunt aptè remedia extrinsecus imponi, non compertis interiorum partium sedibus, & figuris: Set ut alias

curationes omittam, summam anatomes neceſsitatem illa
demonstrat quæ manu adhibetur: nam si quis ignoret confor-
mationem, magnitudinem, situm, functionem, cuiuscumque
partis, quæ incisione percipiuntur, quum ad curationem
ueniet, incertus erit qua ratione manu utatur: quasi Vi=
ator qui per ignota loca iter faciat: quod si restituere
conetur articulos luxatos, non minus fortuito id faciet,
quam si cæcus tentet per foramen acus filum traijcere. Sed
leniora hæc sunt: nam si non iuuabit, fortaſse non mul=
tum nocebit: at ubi uel sagitta euellenda sit, uel aperi=
endus absceſsus, uel scalpellus, quauis alia de causa adhi=
bendus, sæpe aut exitium aut graue aliquod infortunium,
ut neruorum distentionem, sanguinis effusionem, aut certe
deformitatem afferet non mediocrem, nisi uenas, arterias,
neruos, musculos omnes ad unguem teneat, ita ut finem ductum
originem magnitudinem situm uniuscuiusque frequenti
incisione perspexerit. Ille uero qui in corporibus inci=
dendis plurimum fuerit uersatus, prompte manu utetur,
uitabit periculum, circumspecte tractabit partes præstan=
tiores: quod si res cogat transuersum musculum, neruum
aut chordam præcidi, denunciabit perituram functionem, quæ
inde proficiscebatur, sicque reprehensiones effugiet, ac di
gnitatem artis tuebitur: id quod medici officium esse de-
monstrauimus. Nihil igitur æque expedit ægrotanti, quam
ad eiusmodi curationes medicum accersire, in secandis cor=
poribus ualde exercitatum. Jam uero non solum utilis est
anatome ad partes, sed etiam ad uitia humani corporis
deprehendenda: aperiuntur sæpe cadauera, ut ueniant in

in conspectum

conspectum uitia internarum partium, quę hominem sustulerunt: id quod in funere patris filij sępe rogant, ut se defendere ab eodem malo poßint, si tanquam hereditarium ipsis impenderet. Jubent iudices, ut aperiantur corpora eorum, quos suspicantur ueneno fuiße interemptos, ut appareat, num uiscera mortifero poculo erosa fuerint, aut aliquo modo uitiata. Tanta igitur est anatomes utilitas, ut non mirum sit, si summi artifices, prestantesque medici, philosophi clarißimi fœditatem negligentes, tandiu in ea fuerint uersati: nam præclarę habentur animalium imagines, quas artifices pingendo, aut fingendo egrægiè repręsentant: at quanto pręclariora sunt animalium corpora quæ repręsentantur, quæ non externum dumtaxat, sed internum præseferunt artificium præstantißimum! Id quod in minimis quibusque et belluis, et belluarum partibus conspicitur: ita ut sapienter dictum fuerit ab Heraclito, illis etiam quæ uilia existimantur deos ineße. At iocunda est philosophorum contemplatio: medicorum uerò opus, hoc est sanitas, quam tuentur, ac restituunt, cognitis humani corporis partibus per anatomen, non modò iocunda est, sed utilis uel potius neceßaria: debent igitur in incidendis corporibus plurimum exerceri. Huiusmodi incisio si eßet cuiusuis, non caderet sub artem: Cadit autem quia postulat peritum; imperiti magis est laceratio, quàm sectio: peritus autem secandi ille est, qui tenet singularum partium magnitudinem, numerum, situm, connexionem, quam consecutus est incidendo: non secus quàm citharedus pulsandi facultatem citharam pulsando. Ergo ad eiusmodi facultates

comparandas neceſsarius est usus, atque exercitatio, quæ ab innata facultate proficiſcitur: præcedit enim quamlibet operam facultas, ut docuit Aristoteles nono libro de prima philosophia, sed operam imperfectam facultas similis, quæ deinde perficitur aſsiduo usu, sicque perfecta præcedit etiam operam perfectam: id quod euenit quoque corporum sectioni, quam nemo potest recte administrare, nisi ante secando eiusmodi facultatem acquisiuerit. Id [illegible] ostendimus necessitatem anatomes, superest nunc ostendamus qua ratione inter chyrurgiæ operas numeretur. Profecto cum non fiat, nisi à manu docta, atque artificiosa, et spectet ad curandum, si non proxime, certè per cognitionem quam affert, una est ex operis Chyrurgiæ, quæ continet quamlibet manus operam ad curandum pertinentem, et id circo anatomen; cuius regulæ nunc describendæ nobis eſsent. Verum quia non libri unius particulam, sed integrum uolumen desiderat, seorsum traditur à nobis, ubi membratim agimus de cognitione partium nostri corporis, ad quam maxima ex parte refertur. Nunc autem satis fuit illam attigiſse: pergemus igitur ad reliquas operas ordine proposito, et primum ad eam quæ inseruit cognitioni, postquam adducti sumus ad ægrotantem.

De opera manus inserviente ad cognoscendū, quum medicus ad curationem aggreditur. Cap. II.

Postquam igitur medicus ad hominem acceſsit, ante quam auxilium aliquod adhibeat, explorare debet quale et quantum uitium sit: quod ubi oculis non subijciatur, postulat operam manus, ut deprehendi poſsit. Euenit hoc potiſsimum morbis, qui Chyrurgia curantur, cuiusmodi sunt absceſsus sinus, fistulæ, uulnera, oſsium caries, aut fractura: pretereaque numero præter naturam redundant, ueluti oſsium testæ tela

san

sanguis concretus: ad quorum cognitionem utimur, uel manu tantùm, uel simul etiam instrumento idoneo: utimur manu tantùm, quum digitos demittimus in abſceſsus iam apertos, in sinus, in plagas, ut quàm altè descendant, quàm latè pateant, quid subsit intelligamus: sunt enim optimi iudices digiti exercitati, percipiuntque quod ad curationem percipi neceſsarium est, modò per amplitudinem foraminis demitti poſsint, et uitium non altius penetret, quàm ut digiti ad ipsum ualeant peruenire: quod si per angustiam non liceat eos demittere, aut altitudo uitij ipsorum longitudinem excedat, neceſsarium instrumentum est simul cum manu, quo inuenire poſsimus id, quod requiritur: uocatur hoc specillum à Latinis, à speculando, quòd eo speculemur id, quod oculos fugit: testatur hoc nobis in oſse quod spacium à carie occupatur: testatur dum terebra admouetur quatenus excidendo os debeat: testatur et caluariam fractam eſse, præsertim ubi uel perrupta, uel incisa fuerit: exploramus et per hoc tam uulnera, quàm fistulas: nam eo demiſso intelligimus an penetrent uulnera ad uentris uel thoracis cauum: tentamus item fistulas, intelligimusque simplices ne, an multiplices sint, rectæ ne, an tortuosæ, quò tendant, qua parte fundum habeant: conquiritur etiam specillo fragmentum oſsis, aut telum quod altius insedit: quatenus enim specillũ inheret, uel labitur, offendit dura, uel mollia, aspera uel lenia, magis uel minus penetrat, ostendit quale, et quantum sit quod curari debet. Patet igitur manus operam neceſsariam eſse, ad deprehendendos latentes casus, atque illos potiſsimum, qui manus auxilium postulant. Sed re-

uocari in dubium poteſt quum non ad curandum, sed
ad cognoſcendum proximè referatur, num debeat sub
chyrurgia compraehendi, et inter eius operas numerari:
nam si dixerimus subijci hanc chyrurgiae, non secus quàm
anatomen quod ad manus operam pertineat licèt proximè
non ad curationem, sed ad cognitionem referatur, statim
obiiciet quis eadem ratione ad chyrurgiam referri debe
re tactum pulsus, tactum inflammationis suppurantis ad
deprehendendum pus, tactum singularum partium nos-
tri corporis, ad percipiendum frigus et calorem: utimur enim
manu ad haec dignoſcenda: ita ut eiusmodi tactus chyrur
giae operis annumerari poſſe uideatur. Cui tamen respon=
dere poſſumus, non eſſe haec inter se comparabilia: nam
manus ad cognoſcendum pulsum, pus, calorem, et fri=
gus, nihil agit, nullam efficit operam, sed tantùm pati=
tur: cum ſentire sit pati, ut rectè traditum est ab Aris=
totele: pro manu etiam uti liceret quauis alia parte cor
poris, ad haec percipienda: sed ad cognoſcendum uitia
superius dicta, quae sensum latent, manus siue sola ad-
moueatur, siue etiam cum specillo per motum agit, neque
quieſcit, ut quum admouetur ad sentiendum, conquirit ui=
tium quod subest, ita ut hoc non sit amplius pati, sed age
re: nam et Galenus quoque in actionibus propriè non nu=
merat senſus, sed motus, ita ut eiusmodi exploratio sit ope=
ra manus, et ad chyrurgiam pertineat. Vt autem rectè
adminiſtretur, primum neceſſaria est manus idonea, at-
que exercitata, ut promptè, ac tutò tentet quod tentandū
est: atque ubi nō sufficiat manus, utendum specillo, quod
multiplex

multiplex haberi debet, ut ubique illo utamur, quod
maxime idoneum sit: differunt enim inter se forma, ma=
gnitudine, materia. forma specilli eadem est, quæ styli
plumbei, quo pictores lineamentum ducunt, ac notant; ni
si quod, non ita acutum est, sed ab uno extremo leniter ca=
pitulatum, ad parui nuclei figuram, ut demitti tutò pos
sit: nam si nimis acutum esset, molliores partes perfora=
ret, atque ubi os tentaret, in quosdam sinus naturales in
cidens fracturę frustra faceret opinionem: quod si capitu=
lum plenius haberet, fissa preteriret. Leniter igitur capi
tulatum esse debet ab uno extremo, uel etiam ab utroque,
qualia sunt quæ διπύρηνα græce nuncupantur: una igi=
tur hæc figura esse specilli debet: quod si altera à recen=
tioribus, uel à ueteribus etiam frequentetur, non apta=
tur ad explorandum simpliciter, sed uel ad inspergendum
puluerem, aut excipiendum humorem, quo spectat specil
lum ab uno extremo habens cyatiscum quasi paruulum
cyatum, seu paruulum cocleare, quale etiam est, quo
utimur ad aures, oricularium appellatur, uel ad illini=
endum, detergendum, dilatandum, quemadmodum illud
quod ab uno extremo latum est, ita, ut spatham repræ=
sentet: aliud specillum ab una extremitate perforatum
est, quasi acus, utitur hoc Hippocrates ad traiiciendum
linum, quo ani fistulam adstringat. Hæc igitur non
simpliciter ad explorandum ualent, sed ad alium quoque
usum: retinent tamen specilli nomen, quod ab uno extre=
mo ad explorandum admoueatur: sed præstat omnium
imagines pictura repręsentare:~


specillu simpliciter

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]



Magnitudo etiam diuersa conuenit: nam longitudo ad altiora uitia, et latius patentia maior esse debet: non sic ad ea quæ parum alte descendunt, neque late uagantur quibus incommoda esset specilli longitudo. At neque craßitudo eadem aptatur: ubi admodum angusta sit foramina, specilla craßiora lacerant partes, quas seruare inuiolatas oportet, ita ut tenuibus utendum sit: et interdum etiam seta suilla, qua Galenus angustiores fistulas tentabat. At ubi sinus latior fuerit, satius est uti specillo pleniore, quod et minus pungit, quàm tenue, et magis fidem facit uitij latentis. Postremo non eadem materia est omnium: conficiuntur enim ex metallis, ~~et~~ ex cera, ~~ex~~ ex surculis stirpium, ex setis belluarum. Ad plerosque casus accomodantur, quæ fiunt ex metallo, ut ex ære, uel ex argento: quanquam argentea æneis leuiora sint, et ægrotantium oculis minus ingrata: interdum tamen et plumbeis

uti

uti oportet ut ad sinus tortuosos: facilè enim flectuntur, et anfractus inuestigant: utitur etiam Hippocrates stylo allij recentis ad fistulas ani: quem imitati utemur surculo aliquo molli ut ~~uel~~ asparago: minus enim tactu lædit. Recentiores in canalem colis ceream candelam paruulam demittunt, ut inueniant si qua inciderit caruncula, quę urinę exitum prohibeat: quod non modo deprehendunt, sed intelligunt etiam multiplex ne sit, an simplex, à dextra ne, an à sinistra parte, uersus glandem uel uersus ceruicem uesicæ: relinquit enim eiusmodi germen uestigium in cæra impressum. Seta suilla, ut paulò ante diximus, adhibetur ad fistulas paruulas, quòd penetrat et minimè lædit, uixque ex alia materia parari potest specillum ita tenue, quod et durum sit, et penetrare poßit, inuiolatis partibus quas attingit. Neceßarium igitur est medico multa habere, et uaria specilla, et ubique illud adhibere, quod maximè res postulat: sic enim maximè fiet uoti compos. Illud tamen obliuisci non oportet, quod hęc opera periculosè adhibetur tertio, aut quarto die, quo plaga recrudescere solet, et inflammari: quam obrem tunc repudiat omnem chyrurgiam, nullo enim pacto irritanda est: ergo aut ante explorabimus, ubi in tempore adhibeamur, aut differemus dum inflammationis suspitio pertransierit. Hactenus de operis, quæ ad cognoscendum dumtaxat inseruiunt.

Sequuntur nunc illæ, quæ ad cognoscendum simul et curandū conducunt, ueluti pilorum remotio, per atramentum notatio, detersio apertio, siquidem ut dignoscere et curare possimus uitium quod subest in parte quæ tegitur pilis, neces

D[illegible] [illegible] notatione, per atramentū detersione, apertione [illegible] tibus ad cognoscen[illegible] Cap. III.

se est hos detrahere: pariter enim et cognitionem, et curationem impediunt. Atramento autem locum notamus, partim ut eius uitium innotescat, partim ut sanetur. Ad utrumque usum etiam detergimus, submouemusque si quid alienum in affecto loco uersatur. poſtremo dilatamus id, quod ob angustiam nequit perspici, aut curationem admittere. Diriguntur ergo operę nunc nobis propositę, ad utrumque consilium, cognoscendi scilicet, et curandi: quas sigillatim nunc persequi decreuimus, ostendentes quibus causis aptentur, et qua ratione debeant adhiberi. Ordiemur à remotione pilorum, qui primò nobis occurrunt. Hi igitur ubi frequentes sint, nec dignosci, nec curari affectũ permittunt: constat enim piloſas partes non ſolum non præseferre malum, quo tenentur, sed nec perfusionem, illitum, aut cataplasma commode admittere: neceſse est ergo pilos detrahamus, tondentes, uel abradentes: tondemus forfice ad cutem, abradimus nouacula: ad cognitionem nihil intereſt, utrouis modo remoueantur: sed ad curationem præstat abradere, ut remedia facilius admittantur, et loco maior praebeatur perspiratus. Reijci solet munus hoc ad tonsores, non est tamen quòd medicum pudeat id exequi, ne curatio differatur, ubi præstò non sit tonſor.

Notamus atramento, ut ante dictum est ob eundem duplicem uſum, cognitionis et curationis: nam in uulneribus capitis, ubi nudato oſse non apparet fractura, quam adeſse uerisimile est, inducit Hippocrates super os medicamentum aliquod nigrum dilutum, dein linteo tegit, atque alligat,

poſtridie

poſtridiè reſoluit, et purgata plaga, scalpro os radit:
quod si integrum non fuerit, sed fiſſum uel colliſum, reli
quum quod raſum erit album inuenietur: fiſſum uerò et col-
liſum, quum atramentum combiberit in alio oſſe quod al
bum erit, nigrum cõſpicietur: rima etiam quæ nigra ap=
paret, altè abraditur dum deliteſcat: ut autem atramen-
to ad cognoſcendum, ita etiam utuntur ueteres interdum
creta cimolia, qua totum locum illinunt, et siccari pati-
untur: nam ubi maximè humor perſeuerauerit, ibi pus
proximum eſſe intelligunt. Sed pertinet etiam huiusmodi
notatio ad curandum: ubi enim scalpellus adhibendus
eſt, aut candens ferramentum, ueluti ad sinus, ad abſceſ
sus, diligenter antè perspicit medicus, qua parte adunguẽ
debeat admoueri; eamque notat atramento, ut tutò de=
inde quod chyrurgia moliri debet, exequatur: neque se=
cet, aut urat alieno loco, sed idoneo, ubi atramenti nota
eſt: neque cogatur tunc scrutari locum, aut lentè agere,
ubi iam manum iniÿcit homini, qui sollicitus sectionem,
aut uſtionem quam timet expectat.

Detergimus etiam affectum locum, duplici nomine: tum ut
nudetur, sicque oſtendat quomodo occupetur: tum ut nullo
interiecto medio proximè à remedijs attingatur. Complu=
ra autem sunt, quæ in affectis partibus præter naturam
uerſantur, et in uulneribus potiſſimum, quemadmodum pus,
sanies, sordes, pilus, quæ omnia detrahere oportet: detec-
ta enim, et pura pars in conſpectum uenit sic, ut medicus nõ
solum dignoſcere uitium poſſit, sed idoneum præsidium ad=
hibere: nam siue artis, siue naturæ beneficio sequi sanitas

debet, non sequetur nisi ante adimantur, quæ præter naturam in ea detinentur. Ratio adimendi varia est: nam quædam sola manu remouentur ueluti pili, ac linamenta, præsertim si plagam excedant: quædam præter manum desiderant instrumenta, ut uulsellam, aut specillum extremi latioris, quo concretus sanguis resoluitur, ac detrahitur. Sed ubi quod remouendum est fluit, ac liquet, maximè idonea est spongia, quam Hippocrates desiderat mollem, incisam, densam, siccam: ac mollem quidem ut lenius insidat; incisam ut plana fiat, et continuius hæreat: densam, et siccā, ut magis absorbeat superantem humorem. At ubi plaga occalluit, et ualidius inhæret, quod detergendum est, detergitur panno aspero, alligato ad caput specilli: neque enim dolet plaga, sicuti ubi recens est: ad molliores locos necesse est uti molliori aliqua re ad detergendum, ueluti spongia qua deterguntur ἄφθαι, hoc est oris ulcera. Pro spongia uerò licet uti linamentis carptis, et penicillo, qui ex ipsis conficitur, hoc enim ueteres uulnera abstergebant, inquit enim Plautus, quasi penicillus nouus exugere solet quicquid humoris est: sed clarius hoc testatur Terentius, apud quem Sanga Trasoni penicillum affert, qui abstergeret uulnera, quod sine sanguine id fieri non posset. Recentiores gossipio inuoluunt specilli caput, quo cōmode plagas purgant. Sed quicquid adhibeatur mundum sit, ut iubet Hippocrates in libro qui medicus inscribitur: nam quod immundum est, non solum oculos intuentium offendit, sed plagam quoque. At detergimus non modo plagas, sinus, fistulas, abscessus, sed alias quoque partes mi-

nimè

nimè ulceratas, ueluti linguam febricitantium sordidam, et quasi limo obductam: ita ut pro cibi suauitate molestiam sentiat incredibilem: Detergitur autem argentea lamina, tenui, atque angusta, quæ ad dodrantis longitudinem recta fertur, deinde ea tenus inflectitur, quatenus transuersam linguam amplecti possit: ac uti etiam licet parte aliqua arundinis eodem modo incisa ac figurata: utriusque imaginem proxima pictura ~~recte~~ representat.



Deterguntur etiam dentes scalpro, quem describemus, quum ad excisionem oſsis perueniemus: nunc autem non alienum est uulsellam describere cuius ante mentionem fecimus. Hæc lamina est ex ære, argento, aut ferro duplicata sic ut ab uno extremo sit sinus unus, ab altero capita duo: cuius longitudo non excedit octo digitos: Latitudo ab eo extremo, quo sinus est, digiti latitudinem æquat, ab altero ubi sunt duo capita angustior est: præhenditur autem à duobus capitibus leuiter in interiorem partem inclinatis, quasi à forfice, quod euellendum est: quod si ab eo extremo ubi sinus est spathæ modo depreſsa malleo fuerit, accomodatur non solum ad euellendũ, sed etiam ad medicamenta illinenda, cuius figuram

repreſentare ſic placuit.

Vaſcula ſpongia





Vuls. ſa illinens

Dilatare etiam oportet affectum locum, tam cognoſcendi, quam curandi cauſa: ut in conſpectum ueniat quicquid mali ſubeſt, et remedia admittat: dilatamus enim partes, quæ clauſæ ſunt, ueluti uterum, non solum ut innoteſcat eius affectus, sed etiam ut curetur, quemadmodum quum educimus fœtum emortuum: dilatamus etiam os, et fauces aperimus demiſsa lingua, ut, et perſpicere uitium liceat, et remedium adhibere: Dilatamus uulnera quæ altiora sunt, et anguſta ob eumdem duplicem uſum; dilatamus et illa, quæ in neruis anguſtiora sunt, ut ſaniei exitus detur: dilatamus et plagam in abdomine, ut prolapsa inteſtina facilius recondantur: dilatamus et uulnera capitis, ubi non appareat fractura, quam adeſſe ſuspicamur, sic enim malum apparet, et curari poteſt. Iam uero quod apertum eſt, dilatatum ſeruamus, ueluti uulnera transuerſa muſculorum, ne in ſuperficie agglutinentur: ueluti etiam uulnera capitis quum adhibita


ſectio

sectio est. Servamus etiam dilatata foramina, quę fecimus ad
exitum urinę, uel deiectionis, ut in pueris non perforatis:
ad exitum [illegible] ex sinu [illegible] fistula: prætereà ad exi
tum humoris quem à parte affecta ad sanam auertere cona=
mur facta apertione candente ferramento uel medica
mentis adhuventibus: inducta enim crusta resoluitur, et
locum apertum relinquit, quem diutius sic servare opor
tet. Sed uenio ad instrumenta, quibus utimur ut dilate
mus, uel dilatatum servemus. Dilatamus igitur uulnera
scalpello, de quo infra loquemur, qua de sectione: dila
tatum os, aut uterum instrumentis quę à speculando, spe
cula à recentioribus nuncupantur: hæc et à nobis describun
tur et ab appicta imagine repręsentantur.

Speculum oris

Opus est interdum ore aperto partim ut percipiantur, et curetur uitia
ipsius, partim ut indatur cibus, et potio etiã inuitis, ueluti furiosis, atque at=
tonitis: ad quem usum inuentũ est instrumẽtũ, quod oris speculũ appellat:
constat hoc ex duobus ferramẽtis ueluti forceps, quę media ad figurã
.x. literę fibula interse nectuntur: uel ita instruuntur, ut sine fibula
alterũ trans [illegible] per foramen alterũ [illegible] inferiori parte uni ferra
mento annectitur ãnulus oblongus in altero cõpluret dentes sĩt in stem
serrę. à superiori unũ patulũ est, in speciẽ lingue paulũ inflexę, alterũ duos
digitos supra cõmißurã inflectitur in inferiorem partem, dein duos pro=
cesus exigit extrema parte latiores ad imaginem .λ. grecę literę inuersę.
Quum usus requirit, demittitur in os, ea pars, quę in speciem linguę patula est,
[illegible] duo uerò processus [illegible] dentes ab
inferiori parte ãnulus cum dente illo coniungitur, qui magis idoneus
[illegible] speculũ [illegible] uolumus
idem adstrictum servari.

5 . ſno




Speculum ani.


In ano quoque [illegible] sunt quæ nec deprehendi, nec curari queunt, nisi aperiantur: id quod etiam confert ad explorandum demißo digito, num calculus in uesica contineatur. aperitur autem instrumento, quod ani speculum nuncupatur: continetur hoc duobus ferramentis, quæ media nectuntur in figuram literæ .H. inferne autem uni ferramento annexus est annulus, in altero insculpti sunt dentes, ueluti in speculo oris: sed superne utrumque ferramentum exigit processum quinque digitos longum, ab extrema parte conuexū ab interna cauum canalis modo, ubi ambo pro[illegible] inter se iunguntur conum efficiunt intus cauum: si[illegible] parte incipit, et plenior est, pollicis craßitudinem non excedit, sed qua parte finitur, et tenuis est, minimi digiti craßitudinem æquat. Inunctus hic oleo demittitur in anum, dein ferramenta ab inferiori parte paulatim inter se iunguntur, iunctaque seruantur quum denti annulus inseritur: quo fit ut conus, qui in anum demißus est, apertus, anum aperiat, et apertum seruet.



Ut aperiatur uteri ceruix, quum uel eius uitia perspicienda et curāda sunt, uel fœtus seu uiuens, seu mortuus cum secundis extrahendus est, Inuentum est à recentioribus instrumentū summi artificij, quod speculum uteri nominarunt: cuius structuram difficile est uerbis exprimere: exprimemus tamen ut poterimus: facilius autem intelligetur si singulæ partes cum rebus naturalibus, quæ sunt eædem apud oēs, et proprie cum animalibus, uel ipsorum partibus comparentur. Constat igitur ex quinque partibus, ex coclea, capite bubulo, binis alis, et Rhombo. Coclea ferramentū est teres, minimi digiti crassitudinem æquans, quod ab inferiori parte manubriolū habet inflexum, ut circumagi possit: ultra manubriolum fertur rectum decem digitos, striatum in speciem cocleæ, unde nomen inuenit, perinde ac caput bubulum à similitudine quam refert: nam hæc secunda pars speculi repræsentat caput Bouis, cornibus lunata figura sursum spectantibus, longitudo eius nō excedit quatuor digitos: totum autem perforatum est, capreolosque habet cocleæ respondentes, demittitur enim coclea per os, et transit ad summum caput, ubi facile conuerti potest: utrumque autem cornu summa parte ad unguis magnitudinem excauatum est sic, ut admittat extremā alam, quæ in unguis speciem finitur, et in eo sinu fibula distinetur, laxè tamen, sic, ut in exteriorem, uel interiorem partem nullo negocio dimoue[illegible]: quo fit ut binæ alæ, quæ cum binis cornibus committuntur, possint ad se mutuo accedere. Sunt duæ alæ ferramenta quadrangula, crassæ minimum digitum, longæ digitos decem, ab ima parte qua [illegible] unguis speciem cum summis cornibus committitur, tandem in interiorem partem inflexæ, sic ut unà cum cornibus circulum efficiant, non tamen integrum, neque enim se contingunt, sed coclea media illis interiecta est: deinceps sursum feruntur paulo

minus quam recti, ac rursus incurvantur, ita, ut duarum alarū sē mutuo spectantium imaginem præseferant: summa parte processum habent quasi rostrum septem digitos longum, ab inferiori parte triquetrum, ab exteriori teres: ambo autem processus ubi simul iunguntur cum tertio, quem habet Rhombus quinta pars speculi, conficiunt conum, qui ab ima parte qua crassior est pollicis crassitudinem non excedit. At Rhombus ferramentum, ita dictum à figura quam imitatur, quatuor angulos habet duos acutos, totidem obtusos: quatuor item latera quæ longitudinem triū digitorum nō exuperent, crassa minimum digitum excepta ea parte ubi sunt anguli obtusi, ibi enim longe maior est crassitudo. Anguli acuti siti sunt, unus superior, alter inferior: hic foramen habet, quo inseritur, ac finitur sūma pars cocleæ ille processum exigit similem processibus alarū, quem cū illis coniunctum diximus conum efficere. Anguli obtusi collocati sūt à lateribus, sunt autem ab exteriori parte ubi ferramentū crassi[illegible] est excavant quasi canales quadrati, qui alas laxè excipiant, per quas Rhombus possit sursum et deorsum impelli. Huiusmodi igitur sūt partes quibus uteri speculū continetur. Utendi ratio sic habet, coclea manubriolo sursū convertitur, sicq; per alas Rhombū, cui innectitur ad superiorē partem adducit, et simul cū ipso alas cōiungit, quo fit ut in unū iungatur tres processus, bini qui ab alis pendent, et unus qui à Rhombo ex quibus simul iūctis efficitur conus, qui oleo inunctus, in uteri cervicē demittitur, dein coclea manubriolo [illegible] circū agitur [illegible]q; trahit Rhombū et alas intus [illegible] a superiori parte diducit, quatenus easdē simul cōiungit ab inferiori: tuncq; diducti illi tres p̄cessus, et inter se recedētes, in triāguli figurā quātūvis uteri cervicē dilatant, et dilatatā servant: coclea enim stabilis manet, nisi rursus manu circū ducatur. Ubi deīde uelis claudere uteri cervicē, et speculū recipere, cocleam sursum versus cōvertes.





At dilatatú conſeruamuſ cóplentes locú linamētis, quod facit Hipp: in uulneribus capitis: adhibita enim ſectioné implet linamētis locú uniuerſú: commode auté demittit in ſinus ſpógia intorta, atq; alligata sic, ut filú extra sinú pédeat: nó solú dilatatú seruat, sed magis dilatat: id quod facit etiá medulla ex ramis sábuci, uel ex surculo milij Indi ci: combibens enim humoré loci, intumeſcit ac dilatat: filú uerò alligatur ut facile extrahi poſsit ex sinu. Vbi locus aliquis aperitur, ut seruet apertus, adhibetur canalis ex plúbo, quo Galenus utitur ad glādé in illis quoſ Hypospedius appellant. Ut detur exitus saniei ex abſceſsu demittitur fistula, quam recentioreſ cannu

latam

latam tentam appellant: uocant enim cannulatam, quod cannæ, hoc est arundinis modo caua sit, uocant tentam penicillum, quod collirij modo ab una parte tenue, ab altera plenum est, quibus uti solent ad complendos sinus: fit autem eiusmodi fistula ex auro, ex argento, ex plũbo, ex membrana, ex folijs, ut brasicæ, uel hederæ, ex radice dictami detracta matrice, ex cucurbita in tenues quasi laminas diuisa, atque exiccata: sic enim facile inflectitur: eiusmodi fistulæ preterquamquod perviæ sunt ab utroque extremo perforatæ multis alijs foraminibus distinguuntur, unde humorem excipiant, quē aßidue reddere possint, qui retentus læderet, et rodendo sinuaret: Locum uerò quem ad auertendum aperuimus, seruamus apertum cicere, aut lupino demißo: Intumescens enim claudi non permittit: laqueo etiam ex filis sericis seruamus apertum foramen peruium in ceruice, ubi candente ferramento caro traijcitur, ut quod ad priorem partem fluit, ad posteriorem auertatur. Sed satis de operibus ad cognoscendum, et curandum requisitis.

De operationibus inseruientibus medicamentis admouendis. Cap. IIII.

Inseruiunt aliæ nobis ad agendum dumtaxat, ueluti quum damus medicamenta, quum corpus exinanimus, quum chyrurgia uitium aliquod submouemus: quas nunc tempus est sigillatim exponere: Veniat igitur in medium primò illa, per quam adhibemus medicamenta: desiderant hæc sæpenumero operam, non cuiuslibet, quia non caderet sub artem, sed medici: nam ministrare potiones, aut inungere nouit quiuis unus è populo: non sic suffumigare, uaporibus fouere, inijcere liquorem, perfundere, imponere

medicamenta emota, picare, urentia imponere, pulue rem inspergere, aut intro compellere: quorum omnium admotio est artificis, ad quem pertinere uidentur quę cumque uulgarem latent. Admouentur igitur omnia hæc opera manus siue medici siue ministri à medico edocti; ubicumque enim opera uel laboriosa est, uel fœda aut diuturnum tempus requirit, aut alioquin medicum non decet, reijcitur ad ministros peritos: exempli gratia quum perfundi caput debet canali aquæ calidæ sponte nascentis, uel alterius in qua stirpes et metallica bullierint: imponitur hæc opera ministro, cum nimis laboriosum sit eandem aquam ex inferiori uase ubi recipitur, regerere ad superius unde exit: prętera quum uulnera perfundenda uino sunt, aut loca neruosa oleo, mandatur opera ministro exercitato, quod nimis longum tempus desideret: eidem imponitur illa, quæ per clysterem demittit liquorem aliquem in aluum, tanquam fœda ac medico indigna: et quę plurimum apud uulgus de dignitate medici detraheret: sed quum suffumigare uterum expedit, non decet medicum eiusmodi munus: idcirco imponitur obstetrici, quę ex medici prę scripto ipsum exequatur. sed siue à medico, siue à ministro adhibeantur hæc præsidia, postulant manum peritam, atque exercitatam: opera autem quæ illis inseruit ad chyrurgiam refertur: id quod non difficile est auctoritate ueterum comprobare: nam Galenus in libro ad Thrasibulum ubi disputat num ad Gymnasticam artem uel

ad me-

ad medicinalem pertineat conservatio sanitatis: com-
memorat inter operas chyrurgiæ, illinire oculos: Hip-
pocrates item in officina medici, ubi solam chyrurgiam
perscribit, tractat de membris extenuatis, aqua calida
perfundendis: ut qui indicet eiusmodi operam esse chy-
rurgiæ. Sed iam tempus est manus magisterium exponere,
quod à propositis medicamentis requiritur. Ergo ubi ad-
monemus suffimenta ut capiti, pectori, utero, aut alteri
parti succurramus, gummi, aromata, semina incendun-
tur, coniecta in ollam ubi prunæ sint: tegitur olla oper-
culo undique agglutinato, sive farina subacta, sive
luto, habet autem medium operculum foramen, cui aptatur
fistula plumbea, per quam exire fumus poßit: licet et
pro fistula scriptorium calamum aptare: demittitur ex-
tremum fistulæ in eam partem, quæ suffumiganda est, ve-
luti in nares: habenturque diversæ fistulæ ad diversas
partes accomodatæ: quæ autem inditur in os, ut fumum
ferat ad guttur, asperam arteriam, et pulmonem, ne ca-
lore linguam offendat traijcitur per testam ovi per-
vio foramine, ab utroque extremo pertusam, sicque per
ovi testam demißa in os linguam non attingit: at ubi suffumiga-
re uterum oporteat, collocatur mulier supra sellam par-
turientium, quæ à priori parte excavata est, ubi demit-
titur olla cum fistula sicut hęc ĩdatur in cervicem uteri: con-
venit autem fistula longior ut magis olla reducatur
à locis muliebribus, sicque calore lędere non poßit.
Quòd si vapore fovere totum corpus oporteat, includi-
tur undique veste, collocaturque sedens iuxta peluim

ubi sit idoneus humor, in quem coijciuntur silices candentes. Vbi autem uolumus eiusmodi uaporem ad fauces, siue pulmonem peruenire, iubemus homini ut hiante ore ipsum excipiat. Si ad nares penetrare uapor debeat conijcitur humor feruefactus in uas oris angusti, admoueturque ad nares: quacumque autem pars siue ob tumorem, siue ob alium affectum uapore fouenda est, uestem undique circundare oportet, ne is uapor dilabatur. Vt autem ad internos sinus ad uterum, ad intestina, ad aures, ad fistulas, liquorem demus, uel clystere utimur, uel, quemadmodum Hippocratis uesica quæ pinnam habeat alligatam: sic enim intro commode humor compellitur. At nec mediocre artificium postulat perfusio partium externarum, qua ratione perfundatur caput canali aquæ super suturam cadentis, abundè tradidimus in opere de medicamentis, quum ageremus de usu aquarum calidarum spontè nascentium. At ubi pars aliqua uino, aut oleo perfundenda est, ut idem rursus adhiberi possit, homo iacet in loco calidiore nudus super lectulo, subiecta pelle, quę ita à pedibus figuretur, ut quasi canalis humorem fundat in subiectam peluim, unde rursus regeratur ad locum affectum: sic enim Galenus uino perfundit gladiatorum uulnera: sic etiam calido oleo se perfundendum curauit, quum in palestra diducto lato scapularum osse à iugulo neruorum distentionem timeret: oleum enim quod in peluim fundebatur, referri iubebat in ollam ad ignem, unde exciperetur ad perfundendum affectum locum. Perfunduntur ab Hippocrate aqua calida partes

quæ

quæ longa quiete effectæ sunt graciles, quod artificium
consistit in moderatione caloris, ac temporis: siquidem ca
lidiori aqua, et diuturniori mora absumitur quicquid
alimenti ad extenuatas partes euocatur: at si aqua parum
calida esset, et mora breuis, nihil, aut certè parum proficeret.
Verùm graciles partes non solùm perfundimus, sed etiam
picamus, picem liquefactam admouentes, et mox eandem uel
lentes, uel ferulis eadem illitis, uerberantes: admouemus et
linteum picatum ad alopeciam, ut euellamus capillos qui cor=
rumpuntur: quæ omnia moderationem poscunt, neque de=
bent à quolibet adhiberi, sed tantum à perito. Iam uerò
medicamenta, quæ linteamentis excipiuntur, concinnè da=
ri ad uulnera debent, non inculcari, ut nec onerent, nec
decidant, sed possint citra molestiam diutius retineri, id
quod non nouit, nisi qui manum habet in ea opera exerci=
tatam. Demittitur ab Hippocrate in fistulam linteum
bissinum intortum, in speciem collirij, quod ante tingit
in succo Titimalli, et respergit flore æris, alligatque
filo, quod per foramen specilli traijcit, demittitque ante
specillum quod secum ducit filum, et unà linteum: quæ
opera non est cuiuslibet, sed tantum periti: sicut et medica=
menti adurentis admotio; postulat enim hæc ut defenda=
mus alias partes, solamque attingamus illam, quam expedit
adurere: quamobrem conijcitur eiusmodi medicamentum in=
bullam dimidiatam, quæ non amplius pateat quàm locus
adurendus, super quem imponitur, contineturque ibi cir=
cundata aluta illita emplastro aliquo quod inhærescat. Id
ut commodius fiat excauatur aluta media, eatenus ut bul=

lam excipiat, sicque superdata alligatur. Inspergitur pulvis leniter à medico specilli cyatisco, seu parvulo cocleari: inspiratur verò per fistulam ad partes internas: id quod non novit nisi medicus, uel minister à medico institutus. Hæ ferè sunt manus operæ quas medicamentorum admotio desiderat.

Petitur similiter auxilium à manu non ut effectrice sed ut efficiendi socia, quum aliquid è corpore nostro educendum est frangendo, secando, aut admouendo sanguisugas: quorum nihil extrahit sed efficit ut quod extrahendum est uel per se effluat, uel prompte extrahatur: nam ut à frangendo ordiamur, frangimus calculum in cole, uel in ceruice uesicæ, quemadmodum trademus, quum ad calculum euellendum transibimus, frangimus ganglia strummas cum manibus, et ligno uerberantes ut dissipentur: frangimus fœtum in utero emortuum, ut educatur. Adhibetur autem sectio tum ut exhauriatur pus, aqua, et quicquid in tuberculis continetur; uirus quod morsu corporibus nostris inseritur, uitrum, et quoduis aliud eiusdem generis; tum ut mittatur sanguis. Sed ut à puris detractione ordiamur, cum hoc in abscessu, in sinu, in fistula, in magno aliquo receptaculo, uel sub angusta plaga, sicque in uarijs casibus contineatur, uariam quoque sectionis operam amat. Fac primum contineri in abscessu quod inflammatio suppurauerit: postulat hoc chyrurgiam, ubi nec discuti medicamentis potest, nec rodendo alioquin exitum inuenire: aperto enim abscessu effluere commode potest, cum non habeat quod impediat: tunc autẽ

ap.

aperiri debet, ubi materia quæ subest tota in pus fuerit conuersa: nam, ut monuit Galenus secundo libro de officina medici, pus quod iam confectum est si retineatur, calore suo confert ad maturandum, quod semicrudum adhuc est, quod si ante aperiatur calor exhalat, ita ut minorem habeat uim quàm ubi erat conclusus, quod uel fractura ipsa patefacit: nam integra cute calore minimè exhalante callo glutinantur fragmenta, quæ penitus abscesserunt: quod non euenit, ubi fracturæ uulnus accesserit. Ergo si abscessus aperiatur, quum nondum maturauerit, quod semicrudum est, diuturnum tempus requirit antequam suppuret. Expectanda igitur perfecta suppuratio est: non tamen perpetuò, nam Hippocrates initio libri de fistulis iubet, ut tubercula quæ propè anum sunt, cito secentur, quamuis adhuc cruda sit, ut qui timet ne is locus putrescat, ac sinuetur, et fistulas contrahat. Quam ob rem Galeni preceptum de aperiendo abscessu iam maturo, accipiendum est, ubi locus non periclitetur putredine, aut erosione: nam hæc quoque cauenda est, presertim in partibus præstantioribus: quo nomine Arabes medici præcipiunt, ne expectetur perfecta maturitas, quum illi incidendi sunt abscessus, qui articulos occupant. Iam uerò quum instat tempus secandi, intueri oportet qua parte, qualis, et quanta, et quo tandem instrumento fieri plaga debeat. Ut igitur iuuemus, et non noceamus, iuxtà Hippocratis preceptum, ea parte secare abscessum conuenit, quà utrumque seruetur. Exitum habebit pus, ubi decliniori loco abscessus diuidatur, modò pars ante sic figuretur, ut postquam secta est, diu

perseuerare in eodem habitu poßit: ne si mutetur, intercludatur iter puri. Cauebimus ne lædamus, quum tenuiorem locum eligemus, et partes præcipuas uitabimus: tenuior pars leuiorem sectionem postulat et minorem dolorem percipit. Qua parte igitur absceßus magis prominet, mollior est, magis extenuata cutis est, ita ut parum sit quod secandum est. Sed uitare conuenit uenas, et arterias insignes, ac neruos, et chordas, quibus uiolatis periculum est, ne, uel partis functio intereat, uel uita cum sanguine effundatur. In quem errorem non incidit, nisi qui in anatome non est exercitatus, qui per hanc nouit, quę partes ubique subsint: quum ueniet ad aperiendum absceßum, non solum eliget decliniorem locum, ac molliorem, et extenuatum à subiecto pure; sed cauebit ne chordas, neruos, uenas, et arterias, aut omnino præstantiores partes attingat. Intelliget etiam fibrarum ductum, in quorum longitudinem ducet scalpellum, ne si transuersæ secentur, pars et actionem amittat, & cicatricem fœdam ac turpem recipiat multo post tempore. Sequuntur fibræ ferè longitudinem corporis, intercostas uerò costarum lõgitudinem: sequuntur et rugarum ductum, preter quam in fronte, ubi licet rugę transuersæ sint, fibræ tamen à superiori deorsum tendunt, quæ transuersę incidentur, ubi iuxta rugarum ductum transuersa plaga fiat, deorsumque uertetur supercilium. In inguine, et ala attenditur flexus, qui, cum transuersus sit, desiderat etiam plagam transuersam, quæ sic facilius agglutinatur, quòd se contingant, et coalescant oræ, quum membrum inflectitur. In capite considerat Antillus

tillus originem pilorum, quam in secando sequitur, ne
si transuersa plaga ducatur, à capillis claudatur, atque
occupetur. Figura sectionis plerumque recta conuenit, quan=
quam in magnis sinibus fit lunata cornibus sursum spec
tantibus, ut ab inferiori sinu effundi pus poſsit, et pla=
ga diutius maneat aperta: quam sectionis figuram desi=
derat non solum magnitudo absceſsus, sed aliquando
etiam fibrarum ductus, ut propè anum, propè umbilicum,
ad mammas, in quibus partibus fibræ in orbem feruntur, quæ,
si recta plaga fiat, transuersæ incidentur, si in orbem, se=
cabuntur in longitudinem. Sequitur quantitas, cuius hæc
ratio est, ut quam minimæ, et quam pauciſsimæ plagæ sint, cum
eo tamen, ut neceſsitati succurramus; maiores absceſsus la
tius, et interdum etiam duabus, aut pluribus lineis incidere
oportet. Sed præter magnitudinem, respiciemus ad habitum
quoque, et ad situm puris: quæ craſsa est, ampliorem pla
gam desiderat, quæ tenuis perexiguam abundè educitur,
quæ magis in superficie est, non desiderat scalpellum altè
demiſsum, sicuti quæ à cute plurimum recedit. Est interdum,
ut in absceſsu putrescat aliqua pars cutis, quam non simpli
citer diuidere neceſse est, sed totam excidere: secatur igi
tur uel duabus lineis ita, ut media habenula eijciatur,
uel ad similitudinem Myrtei folij, sicque exciditur quod
computruit, ea animaduersione, ne, plusquam res postulat,
excidatur. Instrumenta restant, quibus absceſsus aperitur,
hæc uel adurunt, uel incidunt: adurunt autem medicamenta,
quæ suo loco tradita sunt, quæ de medicamentorum facul=
tatibus; et candentia ferramenta, quæ in sequentibus per=

sequemur. Ad secundum uerò utimur nouacula, scalpel lo falcato, scalpello recto, siue ab una parte, siue utrin que aciem habente, forfice, : quae instrumenta describemus, ubi tractabimus de sectione illa, quae non inseruit efficienti, sed ipsa met efficit. At non solùm educitur pus opera manus ex abscessu, sed etiam ex uulnere sursum spectante: nam ubi uulneris os deorsum spectet, pus habet exitum paratum, ubi sur sum, si uinculo et membri habitu idoneo exprimi non poßit, aperiri locus debet. Id quod fit uel secando sinum totum, demißo enim specillo, supra id cutis inciditur, uel imam tan tum partem: nam ubi specillum demißum est ad ultimum eius caput, tantum cutis inciditur, ut nouo foramine pus des tillet. Ubi oculus aegylope fistula uexetur, destillatio puris assiduè molesta est: quam obrem datur illi exitus per forato proximo osse nasi, ut pus per nares effluat. Includi tur interdum pus ob plagae angustiam, quemadmodum puncto neruo, aut chorda, cuius retentio solet dolorem, inflamma tionem, et tandem neruorum distentionem afferre: euitan tur haec, si scalpello plaga amplificetur, unde exeat pus, nul lum enim amplius periculum subest. Aliquando etiam retine tur pus inter thoracem, et pulmonem, neque potest ob uirium imbecillitatem extußiri: ut ergo exitus detur, aperire thoracem oportet scalpello: ducitur enim transuersa linea, inter quintam et sextam costam, diuiditurque non solùm cutis, et caro, sed etiam membrana, sicque expurgatur pus. Eadem apertionis opera neceßaria est, ad educendam aquam in hydatide, hoc est in parua uesica; in hydrocephalo, hoc est ubi in capite huiusmodi humor includatur: in hydrope hoc est

hoc est, ubi aqua uersatur sub abdomine; in hydrocele, hoc est, ubi iuxta testes aqua detineatur. Datur igitur exitus perforato loco: sectio quod ad materiam exitum spectat, nempe aquam, quæ tenuis est, uel minima sufficit: præsertim ubi materia pauca sit, et in summo: quamobrem hydatidas quę paruę sunt, et iuxta cutem abunde est acu perforare. At ubi copiosa aqua fuerit, uel altius insederit, ampliorem atque altiorem plagam postulat. Hydrocephalum, hoc est hominem habentem aquam in capite, secamus, si humor contineatur inter membranam, et cutem quę tegit caluariam, simplici linea: pręsertim ubi tumor exiguus fuerit, nam si magnus, duplici ad figuram literæ x uel triplici ad figuram literæ H. maxime si humor inter membranam, et subiectum os caluarię contineatur. Nam ubi subsit ossi, aperiendum erit hoc terebra, non secus ac in uulneribus capitis. Hæc opera licet aliquando inseruiat, ut in proposito casu, numerabitur tamen à nobis inter eas quæ efficiunt. In ea specie hydropisis in qua sub abdomine aqua continetur stante homine collocamus ministros à posteriori parte eius, qui premendo uentrem manibus, humorem compellant sub umbilicum ad loca inferiora: nosque scalpello abdomen diuidimus, usque ad peritoneum, sic, ut plaga tres digitos distet ab umbilico, è cuius regione adhibetur, nisi ante à iecinore, uel liene uitium originem duxerit: nam ubi à iecinore hoc procedat, secamus sub umbilico à sinistro latere, ubi à liene, à dextro: neque enim accipere plagam debet ea pars, in quam homo decumbit. Secto igitur abdomine usque ad peritonæum membranam, scalpello resoluitur super

posita cutis paulo supra primam plagam, diuiditurque peri
tonæum deinde mittitur ænea fistula incisa scriptorij calami
modo, per quam possit humor effluere: permittimus autem exi
re quantum uires ferunt, dein obturamus linamento plagam
abdominis tum demissa iterum fistula rursus effluere humorem
sinimus: id quod toties iteratur, ut quicquid superest, nec
discuti potest, educatur. Ad hydrocelem resupinatur homo, sub
iecto clunibus panno multiplici, minister autem à dextra par
te collocatus colem reducit, et scrotum attrahit ad sinistram
sursum uersus: medicus autem scalpello lineam ducit, à me
dio scroto usque ad eam regionem quæ prope pubem est:
quòd si humor sit inter eritroidem tunicam, et testem, diuidi
tur hæc quoque, ut educatur aqua. Aperiuntur etiam tuber
cula, et strummæ eatenus, ut quicquid intus præter naturam
est extrahatur: si materia crassior quæ intus est inhæreat
cuti, scalpello resoluitur. Ampliatur plaga quam intulit
ferarum morsus, ut extrahatur uirus totum. Augetur et il
la, in qua surculus, uitrum, spina, aut aliud teli genusue
tinetur, neque prehendi potest, nisi locus aperiatur: pro
posita autem sectionis opera omnis ad educendum accommo
datur: ad quam refertur etiam illa qua gingiuas circumra
dimus, ut dentes euellamus.

De uenarum et arteriarum sectione. Cap. VI.

[H]is quæ detrahenda sunt ex corpore nostro auxilio sectionis
annumeratur sanguis qui detrahitur etiam adhibitis sangui
sugis, quas persequemur in sequentibus. Educitur secti
one sanguis, non modò ex uenis, sed etiam ex arterijs. Age
mus ante de sectione uenarum, deinde transibimus ad ar
terias. Ergo ubi sanguis mittendus est ex uenis, spectare

[illegible] tate

quantitatem oportet, tempus, ordinem, & uenam ex qua mitti debet, deinde ad sectionem ueniendum. Non potest autem ubique mitti, sed in temporibus, in fronte, et in angulo oculi, in naso, in labro superiori, et in inferiori, in ceruice, in lingua, in brachio, sub poplite, ab interna et externa parte talorum: quæcumque autem secanda est, secari solet non à medico, sed à ministro, cui Galenus etiam eiusmodi munus se mandaße testatur. Sed siue medicus, siue minister id exequatur, iuuare debet, et non nocere: iuuat, ubi sanguini præbet exitum idoneum: non nocet ubi nec dolorem frustra affert, nec uiolat musculum, neruum, cor dam arteriam, aut aliam partem præcipuam, unde uel eruptio sanguinis, uel actionis, aut uitæ interitus sequatur. Præbere igitur debet exitum sanguini sine detrimento: consequetur hoc partim apparatu ante operam, partim ipsa opera apposita. Apparatus partim spectat ad instrumenta, partim ad hominem qui tractatur: Instrumentum præcipuum, ut cuiuslibet alterius operę, ita etiam sectionis, est manus, non tamen sola secat, sed utitur instrumentis idoneis, quæ uaria sunt pro uarietate uenarum. Exiguæ uenæ, quales iuxta anum sanguinem fundunt (hemorroides græcè nuncupantur) præterea quæ in naribus, non eget instrumento secante, sed pungente, aut exasperante, ut sanguinem mittant, punguntur stylo ligneo, uel ferreo aut seta suilla, exasperantur specilli cyatisco, aut alia re aspera ut pumice uel corio squatinæ piscis. Sed apertio hæc non uidetur ad sectionem referri, sicut illa, quæ fit scalpello, aut ferro quod à uena secanda phlebotomi nomen inuenit

Est autem scalpellus lamina ferri admodum tenuis, mucronem habens acutum, et aciem utrinque ita, ut ancipitem gladium repræsentet: æquat autem longitudinem trium digitorum, latitudinem minimi digiti, ab altero extremo ubi non est mucro, per fibulam iungitur cum theca, quasi cum manubriolo: constat illa ex duplici lamina ænea, seu argentea, uel eburnea, quæ ita structa est, ut ferrum includat: neque enim adeo fibula distinetur ut non possit circumduci, et in sinum thecæ recondi, ac rursus excludi, et nudatum strictumque ad secandum adhiberi. Phlebotomus ferrum est paruulum, ac tenue quasi paruus stylus, aut fibula, quod trium digitorum longitudinem non excedit, et ab uno extremo processum habet acutum, qui securem repræsentat, quoue inciditur uena aduerso digito percussa illa parte phlebotomi, quæ securi opponitur: utrumque autem, tam scalpellus, quam phlebotomus multiplex haberi debet diuersæ magnitudinis, ut ad angustiores, et ampliores plagas ubi res exigat accommodetur: imaginem autem nunc subijciemus:~

scalpellus.



Phlebotomus.



Tutior autem est usus Phlebotomi, quam Scalpelli: neque enim pungit chordas aut nervos, sed minus assequitur quod propositum est: nam altiores uenas, ac minus apparentes, non aperit: ita ut necessario tunc confugiendum sit ad scalpellum, quo, qui periti sunt, et circumspecti, ubique tuto utuntur. Vterque autem esse acutus debet, nam qui hebes est, et dolorem affert, et sæpenumero uenam non incidit: qui acutus est, et facile secat, et cum minori dolore: sitne acies satis acuta intelliges, ubi periculum feceris in cute, quam si facile secet, satis acuta existimanda erit. Sed quum ad sectionem uenitur, præstat ferrum inungere oleo ueteri, uel adipe, et fricare panno, nam sic minorem dolorem affert, et plagam magis patentem relinquit.

Sed satis de instrumentorum apparatu. sequitur ille, qui spectat ad hominem, cui mittendus est sanguis, qui ita preparandus est ante sectionis operam, ut aperta uena sanguis libere possit exire, neque ulla sequatur noxa. Paratur autem et toto corpore, et proprie illa parte ex qua fieri missio debet. Toto quidem corpore collocatur homo supinus, ut uires magis ferant, neque cito deficiant, sicut interdum deficere uidemus sedentibus aut stantibus. Proprie autem pars quæ tractatur, eum apparatum desiderat; per quem, et uena secari possit, et sanguis effluere: non potest secari uena ubi non appareat, aut ubi appareat quidem sed laxior est, delabiturque, nec ferrum expectat, ex quo æger frustra torquetur, et qui secat uidetur iure reprehendi. Enitendum igitur est, ut quantum fieri potest, uenæ et in conspectum ueniant, et tendantur: utrumque contingere solet, ubi sanguine impleantur.

Quamobrem in eo maxime laborandum est, ut pluri mus sanguis ad incidendam uenam feratur: feretur au tem ubi et ipse perse facile fluat, et externa ui attraha tur, atque exprimatur. Fluit sanguis quum tennis est, nam craſsus hæret. Extenuatur calore, id quod maxime neceſsarium est hyeme, propter frigus aeris ambientis: nam æstate ut calidior, ita etiam tenuior esse consueuit. Utemur ad calefaciendum frictione, fomento aquæ calidæ: à quibus non modo calefit, extenuatur, et aptus reddi tur ad fluxum sed attrahitur etiam ad membrum, quod fouetur, aut perfricatur. Verum quia diximus etiam exprimi ad uenas: scire licet hoc fieri quum partes quæ illi uicinæ sunt, alligantur: nam exprimit adstrictio, et dolorem facit, quem natura ut auferat implet locum do lentem sanguine, ac spiritu: atque hoc pacto uena quæ iuxta est impletur, et ob id conspicua fit, quæ ante non apparebat: tenditurque prius laxa erat: ergo ut sanguis prompte fundatur, et uena sic appareat, et tendatur, ut incidi poſsit, triplici auxilio efficimus, uinculo, frictione et fomento: sed uinculo et frictione uti mur ubique, fomento autem, ubi uenæ paruæ sint, aut san guis frigore concretus, quod hyeme solet euenire. Sed præstat nunc unumquodque ex his seorsum intueri. Ve niat primo in medium uinculum, de quo duo considerare oportet, materiam qua uincimus, et rationem uinciendi: materia qua uincimus, sit habena lintea uel serica, aut ex molliori corio, angusta sic ut digitum non excedat: quæ latior est non satis adstringit, aut exprimit, nec

tantum

tantum etiam dolorem mouet, ut naturam excitet ad ex=
pellendum, & implendum locum. Ratio uinciendi par
tim ad situm refertur, partim ad preßum: quod spec=
tat ad situm, quum habena inijcitur, membrum figure=
tur secundum habitum naturalem, ita ut cutis suum si-
tum retineat: quæ suo loco mouetur, non ita facilè per
mittit uenam impleri et sectionè deindè adhibita, atquè
habena resoluta non occurrit è regionè plaga uenæ, ita
ut obturari poßit, quo fit ut ex uena adhuc sanguis flu
at, qui sub cutè retentus, facit tumorem illum, quem græ
ci dicunt ἐκχύμωμα. cauè tamen, nè habenam iuncturæ in=
iicias nè prohibeat uenam impleri, sed paulo supra, uel
infra: nam ubi secanda uena est in talo, ponitur supra
genu, uel in crure: si sub poplitè incidenda sit, datur
ad femur: si in capitè ut in frontè lingua labris angu
lo oculorum incidenda sit ceruix modicè deliganda est
subiiciendusque digitus ægri uel ministri nè poßit stran
gulari: si ex cubito mittendus sit sanguis, inijciatur uin
culum ad medium musculum humeri quanquam in hominè
habitiorè licet ad extremum inijcere. Cæterum præssus mo
deratus conuenit: nam si laxius uinculum sit, nihil pro
ficiet; si minus adstrictum, dolorem afferet intolerabilem,
aut stuporem, atquè etiam interitum: et tendendo cutem
frustra aliquando faciet opinionem uenæ: interdum non
solum nō reddet conspicuam uenam, sed etiam occulta
bit: quod accidere etiam potest, ubi non nimis uinculum
adstringatur: in quo casu uena, quæ sinè uinculo conspi=
cua est notari atramento debet, ut membro rursus alligato

si lateat, adhiberi scalpellus possit, qua parte atramenti nota est. Sed uideo ad adstrictionem, quæ moderationem desiderat, non tamen æqualem: nam pars habitior, et obesa magis, ac dura arctius uinculum tolerat, quam quæ gracilior est et mollior. Alterum auxilium diximus eße frictionem, quæ licet ubique adhibenda sit, non tamen æquabiliter: nam hyeme ubi sanguis frigidior, ac craßior fuerit, ubi uena delitescat, ualidius fricandum membrum est: et interdum etiam addito oleo, ut magis calefaciat membrum, et extenuetur sanguis: sed plerumque sufficit lenior frictio, ac sine oleo. Ad frictionem referri potest motus, et labor ipsius partis quæ tractatur: idem enim præstat. Quamobrem quum sanguis ex brachio mittendus est, iubemus ut homo manus inter se fricet, teneat aliquid, ac dimoueat manu illius brachij ex quo detrahendus est. At si mittendus sit ex crure, inambulet, stet eo crure innixus, unde mitti debet: implet enim et tendit eiusmodi motus, ac status uenas crurum. Sed tenduntur etiam uenæ in brachio, ubi æger moueat, uel inclinet caput in contrarium latus. Fomentum, quod tertium auxilium posuimus, et potißimum neceßarium eſt diximus, quum sanguis frigidus est, aut uena exiguæ fit, adhibendo spongias ex calida aqua expreßas: quanquam pro fomento demittimus etiam membra in peluim aquæ calidæ, manum quidem et pedem semper, quum in illis secanda uena est. Sed brachium ubi sanguis frigidior sit, ac craßior.

Hæc fieri debent, ut secari uena poſſit, & ſanguis effluere,

sed

sed interdum non sufficiunt, adeò enim latet uena, ut nullo pacto se ostendat, tuncque ut quimus, quando ut uolumus non licet: quamobrem secamus illam quę proximè apparet, ut in brachio pro externa, uel interna, mediam, uel pro media externam aut internam. Quod si nulla appareat, sæpius alligare, et soluere membrum oportet, tum inungere, sursum et deorsum comprimere, uehementius perfricare: et a pulsu digitorum tentare, num sanguis per uenam currere sentiatur: ibi enim incidendum est, ubi citò reuerti sanguinem sentimus: sicque uena, quam oculis perspicere non licet, contactu, et coniectura depręhendetur. Fit etiam interdum ut conspicua sit, sed minimè stabilis, quòd in hanc uel illam partem secedat, ita ut periculosè ac frustra tunc scalpellus adhibeatur: quamobrem sistenda est, ut firmiter insidat, nec poßit ferrum effugere: hoc prestat habena alligata ad membrum, et ab illa parte in quam labitur uena, ad contrariam attracta. Quòdsi ne sic quidem stabilis sit, et omnino secari debeat, ut tutò secetur, fißa prius cute superiecta uolsella, uel hamo præhendatur, ac secetur.

Sed satis de apparatu. Restat alterum caput, quod propositum erat discutiendum, nimirum actio, seu opera sectionis: postulat hæc, ut intueamur, scalpellus qua ratione, et qua parte adhiberi debeat, et qualem, ac quantam plagam facere. Ratio adhibendi hæc est: ponitur sinistræ manus index super uenam infra locum incidendum, præhenditur scalpellus duobus digitis, dextræ pollice et medio, nam indice tangitur uena, præhenditur autem rectus quàm lenißima

manu, et mucrone inclinato feritur uena: non debet autem
timide adhiberi, ne frustra summam cutem laceret: neque
etiam uehementius imprimi, ne uel ipse rumpatur, uel uena
effugiat. Considerandus item maxime locus est qui secatur.
habeat ne adiunctam partem, quae si forte uioletur peri
culum afferat: nam tunc circumspectius res agenda, et ea
cautione, ut periculum euitetur: si uena secãda est in an
gulo oculi, reducenda plaga ab eo est uersus supercilium,
neque alte demittendus est scalpellus, ne sequatur aegylops
fistula. in brachio unde sepius sanguinem mittimus, uena
interna superiecta est arteriae grandiori, quam attinge
re minime conuenit. nam magno negocio deinde clauditur:
ut ergo uitetur eiusmodi periculum, secanda interna uena
est paulo infra cubiti flexum, qua parte separatur ab ar
teria. Mediae uenę subiectus est neruus, quem non attinge
mus, si aut phlebotomo utamur, aut scalpello caesim, ac le
uiter. Extrema brachij uena securius inciditur, quanquã
ubi scalpellus altius demittitur, laedit aliquando musculũ
sub radio situm. Plagae qualitas ita habet; licet et punc=
tim, et caesim ferire uenam: quae in superficie est caesim
feritur: quae altiori loco sita est, punctim, ut scalpellus pos=
sit ad illam pertinere: quae caesim inciditur, non solum acci-
pere plagam in longitudinem potest, sed transuersam
quoque, et obliquam, neque necesse est sequi fibrarum duc
tum in uena, ut in musculis, quorum fibrę motum praestant.
Transuersa sectio seruat uenam diuturniori tempore aper
tam, quae in longitudinem breuiori, quae obliqua medi
ocri. Ducimus ergo scalpellum, uel in longitudinem uenae,

uel

uel obliquè, aut tranſuerſè, pro ut patere plagam ma=
iori, uel minori tempore uolumus: quemadmodum, ubi non
totus sanguis simul mittendus, sed diuidenda miſsio eſt:
nam si paruo poſt sectionem tempore iteranda miſsio sit,
sufficit plaga in longitudinem, aut obliqua: si biduum,
aut triduum poſt, neceſsaria eſt tranſuerſa: quamuis re=
picere etiam ad membrum oporteat, in quo uena secatur:
nam in brachio ob flexum cubiti tranſuerſa plaga celer
rimè glutinatur, minus celeriter obliqua, tardius quę
in longitudinem est, hiat enim cum brachium curuatur:
fiet ergo plaga in longitudinem, obliqua, uel tranſuerſa
pro ut res poſtulat. Quantitas plagę ad terminum spe
tat altitudinis, atque amplitudinis: altitudo tanta eſse
debet, ut scalpellus ad cauum uenæ perueniat, nec totam
penetret: ubi uena in superficie eſt, minus altè demittitur,
quàm ubi altius residet. Amplitudo maior, uel minor, pro
amplitudine uasis, quod secatur, pro uirium robore, pro
habitu sanguinis, pro affectu, qui eam poſtulat. Vasa ma
iora maiorem plagam desiderant nam maiorem sequitur
ἐγχύμωμα, quem tumorem facit sanguis à uena fusus, et
retentus sub cute: quod periculum minimè subeſt ubi ua=
sa exigua fuerint. Vires ualidę tolerant plagam ampli
orem, quando alioquin requiritur, quam recuſant imbecil
liores, nam subita miſsione exoluuntur. Habitus san
guinis si craſsior fuerit maiorem exitum desiderat, si
tenuis, exigua plaga sufficit. Affectus qui curari debet,
aut eductionem sanguinis uitiosi requirit, aut auerſionem.
Sanguinem qui peccat multitudine, calore, putredine, ex

pedit per ampliorem plagam educere ut deterior et celerior exitus intus lædentib. Quòd si auertere oporteat, utilior eſt plaga anguſtior ut ea portio ſanguinis quæ mittenda eſt, diuturniori tempore effundatur. Sectione ad hibita, si sanguis non exit, causari uel ipsum, uel plagam oportet: atque ipse quidem minus effluit, ubi fuerit craſſi or, ac frigidior: extenuatur autem, et magis aptus ad flu xum redditur frictione, perfusione aquæ calidæ, inuncti one olei, quemadmodum supra indicauimus: quæ iteranda etiam sunt, si aperta uena non euadat: sed cauſamur inter dum plagam dumtaxat, quòd uenam uel nullo modo, uel non ſatis aperuerit, aut apertam adipe obſtruxerit: quod si uena minimè aperta fuerit, scalpello iterum ferienda su pra, uel infra: cautè tamen, nam sectionis iteratio inflam mationem excitat: id quod maximè accidit, quum ſecatur externa cubiti uena, propter muſculos subiectoſ. Quod si aper ta uena ſit, sed minuſ pateat quàm neceſſe sit, amplianda eodem loco plaga eſt, sed ſtatim antequam tumor super ueniat. Vbi ex plaga pinguedo euadat, quę uenam obſtru at et sanguinis exitum intercludat, leniter intus compel lenda est, et uena alia parte secanda. Vbi sectus locus inflammetur et idcirco exitus sanguini intercludatur secare alterum uenę ramum oportet. Quum sanguis abun de fluxit, exprimitur et detergitur si quid in plaga hæret siccaturque locus, et superimposito multiplici panno alli gatur: sed quum iteranda est miſsio sanguinis, inungi tur oleo plaga priusquam alligetur: deinde ubi rurſus mittenduſ eſt, reſoluitur, et uena non amplius scalpello

sed

sed aduerso medio digito feritur, nisi diuturnitate tempo=
ris fuerit agglutinata :..

Sed confert sectionis opera ad sanguinem quoque ex arte=
rijs detrahendum : nam et has quoque secare interdum expe=
dit, quod tamen non probatur omnibus medicis : cum aliqui
existiment si mittatur ex paruis arterijs, nihil proficere,
si ex magnis, uel supprimi nō posse, uel relinquere ἀνευρίσμα,
quod respondet ἐκχυμώματι, quem tumorem nasci diximus
ubi sanguis ex uena fluens sub cute retinetur : hunc ergo si
qui necessario existimant, si grandior arteria secetur, quod
nequeat glutinari. Sed decipiuntur, cum usu ipso constet
non mediocriter proficere paruarum arteriarum sectionē,
et glutinari etiam magnas citra omnem eiusmodi timorem :
ergo ubi morbum faciat sanguis calidior, tenuior, et mul=
tam expirationem, ac fluxum continens, utiliter secatur ar=
teria, ut in temporibus si oculi uexentur, post aures, uel
in occipitio si uertigo sit, aut dolor capitis : inter indicem
et pollicem dexterae manus, ubi diuturnus dolor fuerit, ea
parte qua iecur cum septo transuerso coniungitur. Animad=
uersiones quas in secanda uena obseruauimus, siue attine=
ant ad apparatum, siue ad sectionis operam, obseruare
etiam oportet, ubi inciditur arteria : quamquam sanguis
qui in arteria continetur, cum tenuis sit, et facile fluat,
nullum desiderat apparatum, sed utendum uinculo, fric=
tione, fomento, ut arteria sic infletur, ac tendatur, et id=
circo facilius scalpellum admittat. Quum ad sectionis ope=
ram uenitur, partes ubi pili sunt, quemadmodum caput
radere oportet, et scalpellum demittere : angustior tamen

plaga, et ſufficit ob tenuitatem ſanguinis, et commodi
or eſt, ut minori negocio ſaneſcat. Spectandum vero eſſe,
dum ſcalpellus dimittitur ne uiolentur pars aliqua præ
ſentior quod ſupra etiam de ſectione uenæ traditum fu
erat manifeſtius eſt quam ut repeti debeat: ubi tantum
ſanguinis detractum fuerit, quantum res poſtulat, glutina
re plagam oportebit, et ita ſanguinem ſupprimere. Habe
atur igitur paratum medicamentum Galeni, quod acci
pit duas partes thuris, et unam aloës quæ, in pulverem re
dacta diluantur albô oui, et pilis leporis excepta ſuperim
ponantur: quod præſidium teſtatur omnium optimum eſſe
ad ſupprimendum ſanguinem, non modo ex uenis, ſed etiam
ex arteriis fluentem. Sic laudat ad eundem uſum medi
camenta illa, quæ cruentis uulneribus ſtatim injiciuntur,
ἔναιμα græci uocantur: quibus ſe ſanaſſe ait grandiorem
arteriam ſectam pro uena in brachio à miniſtro impruden
ti. Si quando autem accidat, ut ne ſic quidem retineatur
ſanguis, extremum remedium docet præciſionem totius arte
riæ tranſverſæ: quo ſcribit ſuppreſſum eſſe ſanguinem
qui ex arteria ad talos uulnerata fluebat: ſic enim utrumque
caput præciſæ arteriæ contrahitur, et exitum ſanguini
intercludit: in quo caſu iubet ut adhibeatur quoque me=
dicamentum ex thure, et aloë iam dictum. Accidit inter
dum, ut non ſimpliciter aperienda ſit arteria, ſed exciden
da etiam, ne ſanguis in poſterum feratur ad locum, quem
diutius uexauit, ut ad oculos, ad cerebrum, et eius membra
nas. Exciditur ergo tunc arteriæ tantum, quantum duos
digitos expleat: percipitur primo tactu arteria pulſans,
tum

tum atramento notatur: deinde quà notæ sunt cutis inciditur extrahitur arteria hamo, laqueo utrimque dato exciditur quod excidendum est: sed antequam adstringatur finditur quod inter utrumque laqueum est ut effundatur tantum sanguinis quantum necesse est. deinde adstricto utrumque laqueo, exciditur ea portio arteriæ quæ media est: sicque idoneo medicamento imposito agglutinatur: licet et pro laqueo candenti ferramento inurere: sed opera hæc magis efficit quam efficiendi socia sit: idcirco uberius à nobis tractabitur, quum ad excisionis operam ueniemus.

Detrahi etiam sanguinem diximus sectione cutis, quum scalpello pluribus locis exasperatur, uenis minime perspectis, aut requisitis: quòd si dixeris, sic etiam educi ex uenis, cùm nullibi contineatur nisi in ipsis, dabimus id festiuè. Refertur tamen eiusmodi sectio ad cutem, quòd uenæ ob paruitatem, aut lateant omnino, aut uix conspicuæ sint. Inseruit ergo sectioni cutis, cum præbeat exitum per quem sanguis profundatur. magis autem profunditur tenuis quam crassus: magis item qui in superficie uersatur quam qui in altioribus partibus residet: quanquam si alte scalpellus demittitur, educit et ille qui crassior. Potest et qui in uniuerso corpore uersatur, sectione cutis extrahi qua interdum utimur ad minuendam multitudinem eius, qui per omnes uenas diffunditur: per eam licet quoque illum, qui ad affectum locum concurrebat auertere et euocare ad contrarium, ubi scalpello exasperetur eius cutis. Affectis enim oculis cutē incidimus in occipitio, uel ad scapulas. affecto uero crure

De sectione cutis ad sanguinem detrahendū. cap. VII.

secamus alterum. Quod si non contrariæ partis, sed uici
næ cutem ſecemus, ea detractio sanguinis non erit auerſio
sed deriuatio. Ubi menſes non reſpondent, sectione adhi
bita in cruribus leuatur mulier ab onere sanguinis, qui
sic non solum per sectionem funditur, sed ad uterum con
citatur à superioribus partibus & menſtrua purgatione
educitur. Præterea ubi in uniuerso corpore uitiosus sanguis
redundat quemadmodum in peſtilentia, sectione cutis ita
educitur, ut qui reſtat facile à natura corrigatur. Lon
gè autem tutior eſt mißio ex cute, quum uires imbecilles
sunt, quam ex uena, cum spiritus ex uiſceribus et minus
copiose, et non ita subito exhauriantur. Sed maximus usus
huius sectionis pertinet ad detrahendum sanguinem il
lum, qui in superficie uerſatur, nec poteſt medicamentis
discuti: accidit hoc quum iam nigrior eſt, quum feruet
quum putreſcit, quum ueneni uim contraxit, quum nimis
multus est ita, ut tendendo dolorem afferat. Nigreſcit
sanguis, quum ex uenis eductus cutem ſuffundit, ueluti in
echimomate, in colliſis, in labris ulceris uetuſti, floridum
enim colorem amittit, et niger efficitur: quam ob rem pro
stat tunc cutem scalpello pluribus locis exasperare: sic
enim educitur niger: proprie autem ad ulceratas partes
ſuccedit sanguis bonus, et rubicundus: atque hoc nomine
Hippocrates iubet ut à uetuſtis ulceribus sanguis mittatur.
Sed sine ulcere etiam ubi pars aliqua prauo sanguine nu
triatur secta cute, sic educitur et bonus succedit. In ue
tuſta etiam inflammatione ac scyrro nigreſcens simili
ter sectione cutis educitur: at ubi ferueat, quemadmodum
in antrace

in antrace: ubi putreſcat quemadmodum in gangrena: ubi uenenum contrahat, quemadmodum in ijs, qui icti fuerūt à scorpione, à Vipera, à cane rabioso, seu ab alia eiusmodi fera, similiter sectione cutis extrahitur. Distendit interdum sanguis multitudine partem affectam, ut inguem inflammatum; et tunc præsertim quum inflammatio incipit suppurare, feruet enim, ac distendit parteſ adiunctas: inquo casu ueniendum est ad cutis sectionem: à qua duplicem utilitatem expectamus, quòd et sanguis qui tendebat, educatur, et locus qui tendebatur, sectione laxior euadat. Quamobrem ubi timemuſ inflammationem, et locus durior sit ita, ut non possit sine magno dolore distendi; anteuenit Hippocrates, eam cutem diuidendo pluribus locis: ueluti secundo libro de fracturis in ictu calcis, priusquam inflammatio superueniat. Sed satis iam de usu, ad quem cutis sectio admouetur. Venio ad animaduersiones quas postulat hæc opera: ac locus quidem, ubi commodè adhiberi potest, non quilibet est: neque enim conuenit nobiliorem partem secare ad auertendum, uel ad deriuandum, ne ad ipsam trahatur quod noxium est. Accipiemus igitur tunc alium locum: commodissimè autem iuxta scapulas, et ad clunes inciditur cutis, tum in cruribus, in brachijs: ubi autem detrahendus est sanguis ille, qui affectum locum occupat, id ea animaduersione fiat, ne aliqua ex necessarijs actionibus lædatur, ueluti uisus, si secetur oculus. Tempus secandi est, quum iam dicti sanguinis detractio desideratur: euenit interdum hoc, quum instat morbus, ut inflammatio, pestilentia, aut alius, quem plenitudo excitare solet: sed ubi corpus ualde repletum est, expedit

anti uenam secarè nè multitudo dum ad cutem trabitur
maiorem afferat obstructionem: at si ad relaxandum quod
quod distenditur, diuidatur cutis, præstat ubi corpus ual
dè plenum fuerit, similiter prius uenam aperirè, dein ad
cutis sectionem accederè: id quod fit in auersionè, in dè
riuationè, et in quocumquè casu existentè magna corporis
plenitudinè, secarè cutem decreuerimus. Mulieribus uerò
quibus menses non respondent, expedit in cruribus eiusmo
di sectionem moliri, quo temporè responderè solent. Sed
quod spectat propriè ad operam, præter locum et tempus
est apparatus, et ratio qua uti manu conueniat: consistit
apparatus partim in instrumentis, partim in loco ubi secarè
cutem oportet. Instrumenta sunt scalpellus, phlebotomus, dè
quibus supra loquuti sumus in uenæ sectionè: nonnulli, ut uno
ictu triplicem plagam inferant, ferrum habent triplici scal
pello contextum: sed satius est simplici paulatim cutem ex
asperarè, nam sic minor sequetur dolor, quàm si subitò
id fiat. Quodcumquè autem ferrum adhibeatur, debet
aciem haberè acutam, ut minus laceret. At non solum
ferro utimur, sed etiam cucurbitulis, quas defigimus, et
antequam secemus, ut euocemus sanguinem ad locum, et
sectionè adhibita, ut eundem extrahamus ex altioribus
partibus: tum ubi satis euocatus est, atquè eductus, nè
quid relinquatur in plagis et concretus noxam afferat.
Exigit res ut euocemus sanguinem ad locum, ubi se
canda cutis est, id assequemur, si ipsum calefaciamus
frictionè, fomento, uel igni, aut soli exponentes: uin
culo autem non semper uti licet: nam nequè quum ad
clunes

clunes, neque quum ad ſcapulas scalpellum adhibemus. Sed euocatur sanguis ad locum per cucurbitulas, interdum etiam ante sectionem. Poſt apparatum poſtulat opera primò, ut ſcalpellus rectè adhibeatur, deindè ut plagam faciat, quantam, et qualem requirimus: rectè autem adhibetur scalpellus, quum demittitur κατὰ συρμὸν hoc est trahendo non κατὰ πληγὴν, id est uerberando: præterea quum primo datur ad partes inferiores deindè ad superiores: nam si contra adhibeatur periculum erit ne qui exit sanguis occupet partes inferiores quæ secari debent. Quantitas operæ in longitudine, et altitudine, ac numero consistit. Altitudo maior esse debet quum sanguis multus est, quum crassus, quum in penetrioribus partibus residet; quamobrem si exhaurienda plenitudo sit, si ex gangrena, aut contusis locis educendus sanguis, altè scalpellus demittitur: si densior est ut in cute calcis, eatenus demittendus est, ut plaga sanguinem non fundat: at ubi tenuior sit uel paucus detrahi debeat, et ex superficie, non est quòd altè scalpellum demittas. Longitudo, pro spacio in quo continetur sanguis maior uel minor esse debet: numerus pro spatio similiter maiore, uel minore: nam plures sectiones ad gangrenam facimus quæ latius patet: plures ad calcem: unicam uerò ad carbunculum, quòd exiguo spacio una sufficiat: in contusis necessariæ sunt multæ. Qualitas sectionis ad interuallum, et situm refertur, ubi plures plagæ conueniant, æqualiter distare debent, et æquè longæ esse: id quod obseruat Hippocrates ubi secat cutem calcis. Quod spectat ad situ

plagę, thoracis, dorsi, abdominis, ceruicis, crurum, debet esse in longitudinem, frontis uero transuersę, sed capitis pro ductu capillorum. Adhibita sectione, si sanguis exeat nimis tenuis, demitte iterum scalpellum ut educatur etiam crassus: sed ubi iam eductus est, Hippocrates specillo leniter plagam comprimit, ne quid in ea concreti sanguinis relinquatur, aceto acri perfundit, cucurbitulas defigit: ad quas nunc pergimus.

De morbis li. 1. cap. VIII

Sectioni igitur cutis proxime subijcienda est cucurbitularum admotio; cum hæc opera inseruiat etiam detractioni sanguinis, præter alios usus quos adscribemus: nam priusquam cutis scalpello exasperetur, ut locus magis intumescat, et sanguine impleatur defiguntur cucurbitulę: sed sectione adhibita, eędem admouentur ut sanguis abunde per plagam euadat: quod fere succedit, perinde atque ubi uena secatur: ita ut hæc opera pro uenę sectione interdum adhibeatur: quod si copiosius sanguinem mittere uolumus, post sectionem eas iterum, et tertio defigimus. At ubi tantum sanguinis fluxerit, quantum res exigit, ne quid in plagis maneat quod postea concrescat similiter admouentur cucurbitulę. Ergo ubi secta cute sanguis detrahitur, aptatur ad triplicem usum iam dictum: aspiciemus nunc quorsum sine sectione admoueantur. Commune igitur est cucurbitulis attrahere, siue cum flamma admoueantur siue aptato ore ad exiguum foramen, et spiritu adducto. attrahitur enim cutis et caro atque impletur cucurbitula quum spiritus adducitur, sed multo magis quum lineamentum incenditur, et flammam excitat. Est enim flam

ma

ma species ignis, ut recte monuit Plato, uimque habet calefaciendi: calorem duo effecta potissimum consequuntur, attractio, et dissipatio: dissipat enim, digerit, ac dissoluit flatus, atque in uapores conuertit: sed attrahit suopte nutu, sicque mouetur, ac conseruatur: quanquam sensu et cognitione caret. Sed ita natura comparatum est, ut quasi magnes ferrum, ad se trahat quae uicina sunt: utimur igitur cucurbitula cum flamma ad attrahendum atque ad dissipandum quatenus dissipat, ac discutit; remouet eos dolores, quos flatus excitat, ut in intestinis inflatis, in utero. Ex attractione oriuntur complura effecta, partim in loco illo, ubi cucurbitula adhibetur, partim in alijs: locus ubi imponitur, calefit intumescit, impletur sanguine attracto, recipit si quid in uicinis partibus præter naturam retinetur: quo fit ut ubi intestinum in inguen prolapsum est, rursum trahatur in suum locum, superposita cucurbitula; quum calculus uesicæ ceruicem obstruit, et urinæ iter clauditur, inde extrahitur data cucurbitula ad pectinem: cauere tamen oportet, ne quod intus alioquin secessit, cucurbitula imposita altius impellatur: nam qui spinæ uertebram in interiorem partem luxatam cucurbitula defixa conantur extrahere, magis intro compellunt, quod uicinæ partes cucurbitulæ ui contrahantur, et interius secedere ipsam cogant. Sed si reprehenduntur abunde ab Hippocrate tertio libro de articulis: in eundem errorem incidunt qui eodem auxilio contendunt extrahere costam, ubi transuersa frangitur et intus recedit: nam sic quoque introrsum

magis fertur, impulsa à partibus per cucurbitulam con
iractis. At diximus ob uim attrahendi cucurbitulam
aliquid prodesse etiam partibus illis quibus non admoue
tur: auertit enim humorem qui ad contrarias ferebatur:
quàobrem Hippocratis ubi nimis fluant menstrua, ad
mota sub mammis cucurbitula descendentem sanguinem
reuocat ad superiora: adde quod non permittit aliquid
à parte ubi defigitur in aliam trasferri: quo nomine lau
udatur ad sistendum sanguinem; imponitur enim abdo
mini è regione fundi uentriculi, sicque non patitur uo
mitu expelli quæ in ipso resident. Vbi coxę articulus
relaxato ligamento luxari consueuerit: superimposita
cucurbitula retinebitur. Sed satis de usu cucurbitulæ
pergamus ad operam, quæ nobis proposita est.

Ergo quum admouere cucurbitulas oportet, res exigit
et apparatum, et rationem utendi idoneam. Consistit ap
paratus partim in instrumentis, partim in loco, ubi impo
nendę sunt. Instrumenta sunt cucurbitulæ, quæ uas
cula rotunda sunt paruulæ cucurbitę similia: unde ue
risimile est nomen duxisse: sunt autem intus cauæ, extra
conuexæ, qua parte os habent angustiores sunt, à fun
do ampliores, os autem continetur labris lenibus quæ
si acuta fuerint, magis attrahunt sed cum maiori dolo
re: si hebetia, ut minus attrahunt, ita minorem dolorem
afferunt: latitudo oris ferè duos digitos explet, fundi
uero quatuor: quanquam fiunt maiores, et minores ut
diuersis locis atque affectibus aptentur quæ latius pa
tent à pluribus partibus attrahunt quam quæ angustiores
sunt

sunt. Altitudo ſerè tres digitos equat, sed potest et ma=
ior eſſe, et minor: quæ altiores sunt, ualidius attrahunt
quam quæ humiliores. Materia ex qua cucurbitulæ con
ſtant uaria est, cum et cornea sit, et ænea, et uitrea. Cornea
altera parte aquæ patet, altera foramen habet exiguum
unde spiritus ore adducitur. In cauo æneæ ferrum tenue
quasi filum transuersum inseritur, cui paruula cande-
la accensa inhæret, dum defigitur. Vitrea in fundo tan
tum foraminis habet, quantum admittere acum potest,
quod cera obturatur, et deinde aperitur, quum resoluen
da cucurbitula est. Corneæ minus trahunt, sed minorem
moleſtiam afferunt, et timidos homines minimè perterre=
faciunt, cum flammam non postulent. Æneæ magis trahũt,
cum diutius calorem retineant, nec franguntur ut uitreæ:
probantur he, ubi mittendus sit sanguis, ostendunt enim
ubi defixæ sint, quantum attraxerint. Vbi nulla cucur=
bitula sit, caliculus, aut pultarius oris compreſſioris com
modè aptatur. Sed quod attinet ad apparatum loci, ubi
cucurbitulæ imponuntur, fricari hic debet, atque inungi,
ut minus deinde uiolenta sequatur attractio à cucurbitu
lis, cum ille prius relaxatus fuerit: sed figurare partem,
ad quam cucurbitula datur, oportet, sic, ut deorſum spec=
tet in latus, preſertim ubi linamentum ardens demittitur,
ne cadat supra cutem, fruſtraque ipsam adurat: sed su=
per latus cucurbitulæ deorſum spectans. Ratio ad mo
uendi duplex est. Cornea corpori imponitur, deinde ea
parte, qua exiguum foramen est, ore spiritus adducitur,
superque cera cauum id clauditur, sicque inhæreſcit.

in uitream linamentum ardens conijcitur. Æneam diximus
habere intus tenue ferrum transuersum, cui tantillum ex
cerea candela accensa inhæresit. Sed ex quacumque ma
teria sit cucurbitula, ita imponi debet, ut os corpori ap
tetur, imprimaturque donec inhæreat. Scire autem licet
quanto maiori cum flāma defigitur, tanto magis et flatum
distendere et attrahere. Ubi autem sæpius admouenda sit,
principio minor esse flamma debet, minusque imprimi cucur
bitula. Quum uero resoluenda est, cornea, et uitrea detracta
cera facile remouetur, quod spiritus eo foramine euadat:
sed quæ non habet in fundo paruulum foramen, diffici
lius resoluitur, ueluti ænea, præsertim ubi mammillis ad
mouetur: quamobrem relaxare locum oportet, qui iuxta
est, superimposito panno, uel spongia ex aqua tepida ex
præssa. Detracta cucurbitula locus leniter oleo inun
gendus, atque ubi nimis relaxatus uideatur, abluendus
aqua frigida uel simplici, uel ex qua decoctæ fuerint uer
benæ ex adstringentibus.

De [illegible]gis. C. xviii.

Detractioni sanguinis, præter cutis, uenarum, et arteriarū
sectionem iam dictam, inseruit hirudinum admotio: quod
partim ab his attrahatur dum inhærescunt, partim sponte
fluat ex plaga quam relinquunt. utroque autem modo pro
priè educitur ille, qui in superficie uersatur, perinde at
que ubi incisa cute cucurbitulæ adhibentur. Quamobrem
ubi has defigere non licet, ueluti quum timetur sectio, aut
quum pars gibba est, ut iuxta talos: aut quum parua, ut
in labris gingiuis naso, hirudines imponuntur. quam
quam interdum et pro sectione, ac cucurbitulis adhiben
tur

betur ad uitia cutis, ut ad lepram, ad carbunculum, ad
gangrenam, in circuitu secta prius cute loci uitiati, ut praæ-
uum sanguinem exhauriant. Dantur ~~etiam~~ et ad exinani-
endam plenitudinem: dantur ad auertendum, ac deriuan-
dum humorem, qui ad affectum locum cucurrit: magis
autem extrahunt sanguinem ex profundis partibus, quam
cucurbitulæ: id quod potissimum faciunt, quum admo-
uentur ad uenas illas, quæ proxime deriuantur ab internis
ad eas quæ iuxta anum sanguinem fundere consueuerunt
hemorroidas græci uocant: sic enim deriuant ab utero et
partibus genitalibus, sic etiam auertunt à capite id,
quod sursum à uisceribus ferebatur. Adde quod quum
adhibentur ad crura, uel sub poplite mulieri menses
citant.

Sed ommisso usu, uenio ad operam ipsam, quæ primo re-
quirit apparatum, deinde rectam admotionem. Consis-
tit apparatus partim in instrumentis nempe in ipsis hi-
rudinibus, partim in loco cui imponi debent. Hirudines
primo eligi debent idoneæ dein parari ita ut apposite
sint ad præstandum id, quod res exigit. non sunt autem
omnes eiusmodi belluæ idoneæ, cum aliquæ uirus habeant
per quod sanguinem inficiunt, ac prauum reddunt, unde
noxa oritur non mediocris: sæpe enim sequitur animi
defectio sanguinis profluuium, febris, ulcus prauum, ab
scessus. Sunt igitur uitiosæ hirudines illæ, quæ summuntur
ex aqua impura, cœnosa, stagnanti,: tum quæ capita ma
gna habent, et caua, colorem nigrum: quæ item lanuginosæ
sunt cum lineis ceruleis. Quamobrem eligi debent illæ, quæ

degunt in aquis ſtatis, ac fluentibus, ubi Ranę uiuunt:
quę item paruę sunt, et colorem habent subruffum uel subui
ridem, aut similem colori Iecinoris, uentrem rubrum, dor
sum uiridę. Quum iam captę sunt, non ſtatim adhiberi de
bent, sed minimum purgari per diem ac noctem in aqua dul
ci, primumque comprimi ut uirus euomant: at si diutius ser
uentur, nutriri sanguinę agni. Locum uero ita parari opor
tet, ut abundę sanguinem pręebeat, et ut hirudines delectet,
aut certę non fuget: implendus igitur est sanguinę, per in
dę atque ubi aperitur uena, uel secatur cutis: atque idcirco
fricari debet, perfundi, foueri, uinciri ubi uinculum admit
tat, ad quem uſum, ubi liceat, cucurbitula etiam defigitur:
perfricatur autem locus manibus, aut panno aspero, uel
nitro: uitatur tamen oleum, quod soluit hirudinum appe-
titum, efficitque ut minus sugant. Ut autem facilę inhę
reſcant, non modo impleri debet, et ubi minus fieri ut di
tum est, sed etiam detergi, et muria ablui: at si neque ho
sufficiat, luto illinatur, uel sanguinę, quibus hirudo ga
udet. Prodest et unguibus scalperę, scalpello exasperarę
aut ſtylo pungerę dum cruentetur: alliciuntur enim maxi
mę sanguinis gustatu, et facilius inhęrescunt. Post appa
ratum ratio adhibendi huiusmodi est: detergitur muccus
hirudinis ſpongia, ipsaque demittitur in uas oris compreſ
sioris, quemadmodum in harundinem uel calamum, ab una
tantum partę perforatum, ut indę exiens manibus impona
tur super locum, et proprię iuxta uenas, teneaturque dum
inhęreat ac sugerę incipiat. Numerus hirudinum sit ma
ior, aut minor pro loco ubi adhibentur, pro affectu, pro

mul

multitudinę sanguinis maiori uel minori: plures enim
requiruntur ubi locus latior, ubi affectus ualidior, ubi
sanguis copiosior: pauciores, si contra hęc habeant. Quod
si hirudinum penuria sit quum plenę sunt antequam re-
soluantur, expedit caudam precidere, nam et sanguis assidue
fluit et ipsę pergunt elicere: sufficit autem si dimidium
eius, quod educendum est ab hirudinibus eliciatur, nam
reliqua pars quum iam resolutę sunt, effluet iacentibus in
lecto, sed magis adhuc sedentibus super sedili perforato,
subiecta pelui plena aqua calida: abundè autem effluit,
ubi illę resolutę sunt, si membra, ut crura, et brachia de-
mittantur in aquam calidam. Solent autem hirudines quę
plenę sunt per se cadere, ubi eas prius remouere uelis, non
est quòd per uim auellas, sed quòd salem, uel cinerem re-
spergas, statim enim respersę resoluuntur: utrouis modo re-
soluantur, exprimere deinde locum conuenit, et abluere
aqua calida, tum perfuso oleo calido fouere, quòd iam re-
frigeratus sit insueto aere, et sanguinis fluxu: postremo
supprimendus est sanguis ubi nimis fluat, datis emplas-
tricis et astringentibus, ut farinę polline tenuissimo:
tela aranea, cum albo oui, thure, aloe aut galla, balau-
stio, rhu, aut terra aliqua, ut armenia, lemnia, samia:
facile autem supprimitur, id quod tonsores nouerunt, qui-
bus uniuersa hęc opera mandatur.

Ex operibus quę non agunt sed agentibus inseruiunt De figurando, collocando, obuoluendo. Cap. X.m
restant illę per quas figuramus, collocamus, obuoluimus,
et totum corpus, et propriè partes affectas, de quibus nunc
tractabimus sigillatim, et primùm de figurando. Fit

opera hæc manu plerumque à medico, qui non solum pręcipit
hominj, ut prębeat membra, hoc, uel illo habitu figurata
[illegible] sępè ea figurat, quemadmodum pueris rudibus, aut
[illegible] languentibus ita, ut consistet hanc inter manus op-
[illegible] referendam. Quòd autem inseruiat agentibus
et nihil per sè efficiat, manifestum fiet, ubi eius uim diligen
ter perscrutemur. Spectat igitur idonea figura eò potissi
mum, ut partes quæ curantur minus doleant: ex quo tria
[illegible]cuntur unum ut minus inflammentur, alterum ut
[illegible] quum res postulat. tertium ut diutius
[illegible] inmobiles perseuerent. Nam quum praui
figurantur dolent, et inflammantur coguntur habitum
mutare: quo fit ut uincula aliqua parte laxentur, aliqua
magis artentur, et ossa fracta quæ composita erant, rursus
deprauentur. Tanti igitur est momenti figura partium
apta ut, auctore Hippocrate, plurimum referat in uniuersa
arte, affectas partes benè figurare, ut eundem habitum retinere
possint dum præbentur curandæ, dum considerantur, dum
tractantur, dum uinciuntur, dum deinde alligatę iacent.
Eò igitur spectare hæc opera uidetur, ut aliæ tutò, citò
et iocundè fiant: tutò quidem cùm non moueantur membra
quę iam composita sunt, citò cum celerius sanescant, io
cundè cùm facilius distendantur, et eo habitu minimè læ
dantur. Inseruit igitur figurandi opera aliis, ut cōpositioni
distentioni, restitutioni, collocationi, neque ipsa per sè ali
quid efficit, quod hominem sanet. Sed qua ratione fi
gurare oporteat si exponamus, patefiet opera proposita.
Est igitur idonea singularum partium figura illa, qua
mus

muſculos, chordas, uenaſ arterias minimè peruertit, aut diſtorquet, ſed omnium rectitudinem tuetur: sic enim nō dolent, facilè extenduntur, diu in eodem habitu seruantur: contra euenit, ubi diſtorquentur, et per membrum quasi in cocleam serpunt. Eam figuram, in qua rectitudo fibrarum seruetur, eligit homo per ſe à iuſta natura edoctus, inquit Hippocrates: quo fit ut qui nihil capiunt conſilij, plerumque nihil errent: qui figuram decoram ſtudiosè requirunt, grauiter sæpenumero ægrotantem offendant. Similè quid illis euenit, quoſ Ariſtoteles ait melius diſcere sine queſtione, quam ubi quęrendo laborauerint. Fac hominem eligere figuram minus idoneam, et alio modo præbere membrum curandum quam oporteat corrigenda hæc figura erit à medico: cognoſcet hic per anatomen fibrarum ductum, et facilè rectam figuram eliget: quanquam poteſt anatomeſ imperitus, qui fibrarum ductum omnino ignorat, idoneam figuram eligere. quam partim experimento inueniet, partim ratione: Experimento quidem intelliget illam eſſe idoneam, quæ maximè ægrotantem delectat: ratione uero diſcernet illam eſſe aptam, quę media sit inter extremum flexum, et extremam porrectionem, non solum in articulis, sed etiam in muſculis, qui ad articulos non pertinent, ut in lingua: media enim figura inter flexum et porrectionem secundum naturam eſt, sicut inter pronam & supinam. Scire tamen licet non eſſe exquisitè seruandum medium horum extremorum sed simul habendam quoque rationem conſuetudinis, tanquam naturæ cuiusdam aduentitiæ: permittendum enim ho-

mini. ut membra figurata habeat, quemadmodum maxi
mè consuevit: alij enim aliter aßueti sunt brachia, et cru
ra continere. nam qui sedentariam artem exercent, crura
magis curvata continent; qui stantes laborare solent, ma
gis extenta. eadem ratio est brachiorum, aliæ enim artes
aliaque opera alium habitum requirunt: longè autem
facilius toleratur aßuetus, quam insolens. Ergo quum
medium eligitur, non ita debet eße exquisitè tale, ut non habe
atur ratio consuetudinis, cui plurimum dandum est. Quam
obrem non convenit idem omnibus hominibus, neque om
nibus membris eiusdem hominis: Siquidem homines vario
modo habere membra aßueverunt: præterea brachia ma
gis debent eße curvata, quam extenta, crura magis ex
tenta quam curvata. Docet Hippocrates brachium ita
figurandum esse, ut cubitus cum humero propè ad rectum
angulum collocetur: addit propè, quod non conveniat ad
unguem angulus rectus, sed qui parum recedat à medio
versus obtusum: aptatur etiam brachio habitus medius in
ter pronum, et supinum, atque ubi in alterum inclinet, mi
nus lædit pronus, quam supinus. Quam obrem ubi brachi
um prebetur curandum, ubi tractatur, alligatur, colloca
tur suspensum, medius eiusmodi habitus eligendus est.
Reprehendit autem Hippocrates Sophistas, qui brachium
alligant eo modo extentum, quo sagittarij solent, quibus
convenit eiusmodi habitus, ut sagittas maiori impetu emit
[illegible]: sed aliud est, ubi fractum brachium deligatur,
cum non poßit sic diutius perseverare, sed neceßariò mu
tetur, sicque depravetur fractura, quæ ante composita

erat. Cæterum crura alligantur extenta, quòd pluri=mum illis utamur extentis ad totum corpus ſuſtinendum: non tamen æquabiliter extēdi debēt, ſed magis, aut minus pro conſuetudinè, cuius habendam eßè rationem diximus: magis autem laborant crura ſub extremo flexu, quàm ſub extrema porrectionè. Sed ut rem omnem ſummatim colli=gamuſ, ea figura eligenda eſt, quæ fibras rectas ſeruat, ut quæ maximè secundùm naturam ſit: cognoſcitur autem experimento, quod ſit ἀκάματος, ut inquit Hippocrateſ: hoc eſt quòd homo ſub ea minimè laboret: cognoſcitur et rationè, quòd media ſit inter pronam et ſupinam, inter curuatam & porrectam, non tamen exquiſitè, ſed habita rationè con=ſuetudinis, cui non parum eßè tribuendum conſtat: hanc eligunt homines per ſè à iuſta natura edocti, non ſolùm quum ægrotanteſ præbent affecta membra medico tractanda, ſed etiam quum ſani à laboribus ſè recipiunt, et quieti et ſomno ſè dedunt: habitus enim qui tunc eligitur, cru=ribus magis, aut minus eductis, brachijs item magis, aut mi=nus curuatis, naturæ & conſuetudini conuenit. Illud autem ignorarè non oportet, quòd media figura dicitur etiam, quum muſculi oppoſiti in eodem membro contrahun=tur, quo fit ut immobilè perſeueret, cùm non mutet locum quamuis laborent tunc muſculi et funguntur ſuo officio, non ſecus quam ubi membrum mouetur. Laborioſa hæc quies appellatur à Galeno motus tonicus: ſed medius hic habi=tus cùm laborem afferat, nihil facit ad rem noſtram: requirimus enim illum, qui ſinè laborè ſit, et in quo poßit homo diutius perſeuerarè, hunc autem ſibi eligit, quum

quieſcit, medium inter flexum et porrectionem, habi
ta ratione conſuetudinis: quanquam euenit interdum
ut hic impediat puris effluxum: nam si brachium, quod
porrectum est, uulneretur, ubi deinde prope ad rectum
angulum curuetur, claudetur plaga: sed dilatanda
est ut detur exitus intus lædentibus: præstat enim bre
uem [illegible] doloris dolorem experiri, quam diuturnum labo
rem & inflammationem, quæ sequuntur ubi membrum
[illegible] [illegible] collocatio opera etiam prodest nihil per
se [illegible] sed partem [illegible] alicuius operis chirurgiæ.
quamuis interdum etiam medicamentis, ueluti quum curan
tur ulcera oris per metallica, periculumque est, ne impru
denter deglutiantur, præsertim a puero: euitatur hoc si
collocetur ore [illegible] spectante, ut medicamentum ex ore
simul cum saliua effluat. Sed collocandi opera plerumque
pertinet ad eam curationem, quam manu molimur: neces
se enim est recte hominem collocare, et priusquam manus
admoueatur, et postquam admota est: quorsum autem, et
quo pacto hoc fiat, nunc exponere instituimus. Ergo ante
quam manus iniiciantur, collocari sic hominem oportet
ut et ipse perseuerare sic diutius, et a medico commode trac
tari poßit: licet autem uniuersum corpus recte collocari
debeat, maxime tamen hoc pertinet ad partem affectam.
In collocando igitur habenda est ratio ægrotantis, et medi
ci: ommitto nunc lumen, nam supra in uniuersum diximus,
quod curatur conuertendum esse ex luminibus quæ dantur
[illegible] ad [illegible] nisi ubi oculi [illegible].
Est autem hoc munus medici, qui nouit qua ratione et
totum

totum corpus, et propriè locus affectus contineri debeat et tractari poſſit, cum minori moleſtia ægrotantis. Jacet interdum uniuerſum corpus, interdum ſedet, interdum ſtat, pro uirium robore et partibus affectis. Qui maximè imbecilli ſunt, neceſſe eſt decumbant: qui minus debiles, curantur ſedentes: robuſtis medemur etiam ſtantibus. Quam obrem ad eandem operam præſtandam excogitata ſunt à medicis machinamenta, quibus uti poſſimus homine iacente, ueluti scamnũ Hippocratis; et ſtante etiam, ueluti organum [illegible]. Ta[illegible] affectæ aliæ commodius curantur iacentibus, aliæ ſtantibus, aliæ sedentibus. Maxilla luxata commodè reſtituitur ſupinato homine, ſubiecto capiti scorteo puluino maximè duro, ut quàm minimè cedat. Quum humerus fractus componitur, iubet Hippocrates ut homo altiori sedili hæreat. Vbi reſtituitur genu luxatum insidere debet homo ſuper ſedili humiliori, crure paulatim erectiore. At quum iam manus ab homine remouetur plurimum quoque intereſt, qua ratione contineatur, tum uniuerſum corpus, tum propriè pars affecta; in quo casu medicus non amplius ad ſuum commodum ſpectat, ſicuti quum manu aliquid moliebatur, ſed ægrotantis dumtaxat. Duo autem animaduertit, unum ut toleretur facilè ea ratio colligandi, ſicque homo, quantum reſ poſtulat, immobilis perſeueret: alterum ut iuuet, uel certè non noceat. facilè autem perſeuerat in eodem ſtatu, qui iacet, præſertim ubi crura affecta ſunt. Prodeſt decubitus ubi aliæ partes ægrotant: quanquam licet tunc etiam ſedere, et ſtare. Ergo ubi rectè figurauerit, et totum corpus, et propriè partem affectã

ita hominem collocabis, ut diutius in eodem statu conti
neri poßit, siue iaceat, siue sedeat, siue stet. Propriè au
tem partes affectæ contineri debent molliter, æqualiter,
sublimiter: ac molliter quidem, ne si duriter iaceant
doleant et inflammentur: æqualiter, ne alia parte urge
antur alia non sustineantur, sed suspensa maneant
ita ut periculum sit, ne oßa fracta quæ iam composita sũt,
deprauentur cum nulla re sustineantur: sursum verò
conuerti debent ne recipiant humores, qui facile à su
perioribus partibus influunt, ad inferiores: id quod
maximè seruari debet, ubi sanguis exeat ex aliqua
parte, et erumpat: tunc enim excitanda altius est, non
tamen multo, sed eatenus ut minimè doleat, id quod com
mune est cuiuscumque partis uiolatæ. Illud tamen ob-
seruandum est, ut si quis humor in plaga, sinu, fistula
absceßu, contrahatur, exitum habeat et fundi poßit:
ita ergo collocanda membra sunt, ut ulceris os deorsum
spectet: ergo membrum ipsum sublimius habendum sicu
alijs partibus corporis conseruatur. Sed in ipso membro os
ulceris deorsum conuertendum est, ut exitus detur intus
lædentibus: ubi os ulceris propè cubiti iuncturam est,
Galenus ita brachium ulceratum collocat, ut manus su
perior sit cubito, quo fit ut os deorsum spectet: similiter cũ
os propè inguen est, femur ita collocat, ut genu sit sublimi
us inguine: quo fit ut ulceris os deorsum conuertatur
et saniem fundat. Consistit igitur ratio collocandi affe
tam partem in hoc, ut molliter, æqualiter, ac minimè dependens
contineatur. Jugulo fracto, auctore Hippocrate, homo ita con

tinendus

tinendus est, ut humeri caput maximè sublimè sit, et qui
in ambulat, cubitum sustineat fascia ex ceruicibus suspen=
sa. Humerum luxatum ubi iam repositus est, collocamus
in superiorem partem conuersum, quo fit ut eius caput lon=
gius recedat à loco, in quem proruperat. Vbi utraquè bra
chij ossa comminuantur, uel id tantùm quod sublime est, qui
deligata fuerint si mitella fracturam duntaxat comprehendat,
necesse est ad superiora conuerti: at ubi manum duntaxat uel
articulum cubiti suscipiat reliquum brachium suspensu sit de
prauatum inclinabitur deorsum: debet autem brachium suspendi
per mitellam latam mollemquè multum brachij cum prima palmè
parte, aequaliter sustinentè: manus autem paulo superior iunctura
cubiti contineri. In fractura tam femoris, quàm cruris uidendum,
ut imus calx optimè collocetur: nam si dependente pede, crus reliquù
iudicatur necesse est ossa gibba conspici in priori parte: si calx iusto
sublimior collocetur, reliquo crure leniter suspenso, os in priori
parte cruris iusto magis simum. se ostendet: praesertim si calx na=
turaliter grandior fuerit, paulo igitur sublimior sit. collocatur
crus et femur fractum in canali, uel glossocomo, de quo infra agemus,
quod [illegible] fulcimentis [illegible] autem moueatur crus inde [illegible] perforatur
lectus, à nonnullis suspenditur funis ex sublimiori loco, quam ma=
nu teneat homo, ut immobili crure mutare reliquas partes possit.
Vbi articuli pedis [illegible] luxentur iubet Hippocrates, ut
collocetur crus, et pes quemadmodum maximè cubantem iuuat,
modò non dependeat, nec moueatur: debent enim partes collocatè
in eodem habitu, et eodem modo diu contineri immobiles, ut sanes=
cere possint; ea tamen curatione, ne, uel exulcerentur, uel nimis gra
ciles fiant: exulcerantur autem ex assiduo decubitu presertim quae

sunt iuxta os sacrum, et uel in gangrenam incidunt, uel ægre admodum curantur. Quam ob rem ne hoc accidat, mutandus [illegible] frequenter sit. quod si nimis graciles fiant, ubi tempus inflammationis transijt aliquantisper dimouendæ sunt, et aqua calida perfundendæ, ne tabescant.

Obuoluendi opera superest, ex illis quæ per se nihil efficiunt, sed efficientibus inseruiunt: prohibet hæc, ne quum manu aliquid molimur frustra uiolemus partes, quas tractamus, aut eas quæ iuxta sunt. Vtimur autem ad obuoluendum linteis, sunt enim commodissima: utimur et lana quæ tunc maxime ad rem facit quum multa est, mollis, ac bene carpta. obuoluimus autem aliquando res quæ superdantur, aliquando partes nostri corporis: exempli gratia quum ad humerum luxatum restituendum utimur spatha lignea, quæ in summo caput habet, quod in alam demittitur, præcipit Hippocrates ut summo ligno, uel linteum, uel mollis [illegible] agglutinetur, ut mitius sit, nec sua duritie alam offendat. Plerumque autem obuoluuntur partes quibus dantur res aliquæ duræ, uelut [illegible] quum funes aut lora iniicimus ad extendendum, uelut etiam femori quum ferulæ subdantur. obuoluuntur enim tunc inguina et coxæ, ne uiolentur earum contactu. Sed quum candenti ferramento partem aliquam adurimus, defendimus quæ iuxta sunt obuoluentes. Quæ dicta sunt de operis inseruientibus, finem commode absoluant huius libri pergamus in proximo ad ea quæ partim inseruiunt, partim per se aliquid efficiunt.

Finis secundi libri de chyrurgia.

DE CHIRVRGIA LIBER TERTIVS

Qui est de operis partim inseruientibus, partim agentibus:~.

De usu uinciendi. Cap. p.m

Operæ Chirurgiæ in uinciendo, fulciendo, extendendo partim inseruiunt agentibus, partim per se aliquid efficiunt siue eodem tempore siue diuerso utrunque præstent eas nunc persequi propositum est: primo autem agemus de uinciendo, cuius usum, apparatum, ac rationem, unà cum uinculis unicuique parti idoneis persequemur. Maximi igitur usus maximique momenti uinculum esse intelligi facile potest ex Hippocrate, qui in opere de officina medici, ubi solam chirurgiam perscribit, plurimum de uinciendo pertractat ut qui hanc operam quasi normam constituat aliarum non secus quam pleuresim morborum acutorum in opere de ratione uictus: monstrat etiam Hippocrates maximam esse uinciendi uim, cum in opere de fracturis, ubi ex professo fracta exponit, inserat luxata nonnulla, ueluti pedem, manum genu, cubitum: idque ob consortium quod habent cum fractis: hoc autem consistit in uinciendo quod eidem ratione uinciantur, qua fracta: similiter in opere de articulis, ubi propositum est persequi luxata, admiscet quædam

fracta, ueluti nasum, maxillam, iugulum, costam quod
eandem uinciendi rationem amant, quam luxata. Tanta
igitur est uinciendi uis, ut quæ [illegible] separata esse
deberent, ob eius [illegible] confunduntur. Ponitur autem
uinciendi usus triplex apud Arabes, quos sequuntur nos
tri seculi Chyrurgici: unus est ad retinenda medicamenta:
alter ad agglutinandum, et educendum humorem ex loco af
fecto: tertius ad prohibendam inflammationem et repel
lendum ab affecto loco. Hunc triplicem usum proculdubio
uinculum prestat: sed hæc magis est enumeratio quam
diuisio, cum nulla methodo hæreat, et aliquot usus relin-
quat, quos prestari à uinculis manifestum est, cum diri=
gant, coniungunt, separant, [illegible], et complura alia
efficiunt, quæ sub eo triplici genere minime comprehen
duntur. Sequemur igitur Hippocratem qui cætera præcla=
re, ita uinculi usum in opere de officina medici, uenatur:
scribit enim aliud per se remedium esse, aliud ijs quæ remedio
sunt seruire: adijciemus nos usum medium mixtum ex utroque:
eius scilicet uinculi quod simul agit, et inseruit. Dicitur au=
tem inseruire tantum id, quod retinet medicamenta quæ
ubi soluta sunt, decidunt: neque inhærent, nisi quoddam
glutinosum habeant (ἐχέκολλα græce nuncupantur) qualia
sunt quæ gummi uel resinam accipiunt: cadunt reliqua, ni=
si uinciantur, ueluti cataplasmata: quamobrem solet Hi
ppocrates ubi ea imponit uinculum quoque adhibere. Efficit
simul et inseruit uinculum [illegible] quod corporem indurat, quæ
secare partem aliquam sine dolore uolumus, quod continet
fracta et luxata ubi iam composita, et restituta fuerint, inser=
uit

uit quatenus tuetur, agit quatenus repellit: illud item quod inijcitur, quum ſecanda uena est, inseruit uenæſecti=oni, ut supra demonſtratum est, et ſimul agit quatenus im=plet sanguine uenam ſecandam. id etiam quod datur ad ſinum, uel abſceſsum inseruit partibus à natura agglutinandis: agit expellendo humorem ex ore ipsius. Efficit uinculum dumtaxat quum firmat protegit, repellit extenuat, implet inseruit dirigit coniungit, separat. firmat uinculum dentes labantes, maxillam fractam, et compositam: filo enim aureo inter se alligantur duo dentes in utroque casu: firmat infantes, nec patitur tenera ipsorum membra deprauari. firmat latera Aurigæ, manum Pugilis: firmat thoracem in tuſsi et cordis palpitatione, arterias capitis cum dolore pulsantes: firmat tandem ea, quæ fractis, et luxatis superdantur ad fulciendum: id quod non est inseruire, sed efficere: quemadmodum et quum protegit, ut crura uenatoribus, et ubi per morſum inseritur uenenum, partem quæ inuncta est, ne ipsum poſsit admittere. Efficit uinculum, quum repellit humorem, qui influxit, nec ſinit nouum influere: quo nomine uinciuntur oculi, ne ex ui uomitus exprimantur: uinciuntur et crura, ubi concurſu pituitæ intumeſcunt: sed quum repellit, ſimul etiam extenuat, ac graciles reddit eas partes à quibus repellit: solebant matres uinculo reddere filias graciliores, id quod Chereas apud Terentium testatur, quum inquit. Haud ſimilis est uirgo, uirginum noſtrarum quas matres eſse ſtudent, demiſsis humeris, uincto pectore ut graciles ſint. Sed uinculum quod implet quamuis interdum inſeruiat, ueluti quum ſecanda uena est,

ut antè diximus; interdum efficit dumtaxat, ueluti qui
implerè partem uolumus, siuè ut eius gracilitatem sanè
mus siuè ut succos à contraria partè ad ipsam auertamus:
efficit etiam dumtaxat uinculum illud, quod dirigit quę
peruersa sunt: quod in unum adducit, quæ biant: quod
separat, quæ nimis intersè coniunguntur. Multiplex igitur
est uinculi usus, nam præstarè hæc omnia potest quæ
dicta sunt, modò rectè detur, et ad eum finem, quem maxi
mè res postulat: nam si erretur, uel in consilio ad quod
datur uel in rationè dandi, tantum abest ut præstet id
quod res postulat ut sæpè contrarium efficiat, et noxam
afferat non mediocrem. Nocet interdum non solum ubi
non rectè iniicitur, sed etiam quocumquè modo iniicia
tur: quædam enim uinculum respuunt, ueluti partes ad
modum inflammatę, quum sub uinculo non modò magis
doleant, sed probibito perspiratu interdum incidant
in gangrenam: si quando autem uinciri debeant ut re
tineantur cataplasmata, quæ adhibentur ad pus, leui
ter uinciantur. Hæc dè uinculorum usu in uniuersum.

De apparatu uinciendi. Cap. II.^m^

Sequitur nunc apparatus qui pertinet ad ipsa instrumenta
nempè ad uincula iniicienda: sunt hæc maxima ex par
tè fascię, quanquam interdum utimur filis, interdum
habenis, interdum etiam linteis. Fila tenuiora sunt
qualia demitti solent in foramen acus: fiunt autem
ex lino, canabi, genista: interdum etiam ex auro, ue
luti quum dentes, aut quod labant, aut quòd maxilla
fracta est, intersè alligantur. Habenæ fasciijs angus
tiores sunt, ferè autem fiunt ex membrana, aut corticè,
quibus

quibus uti solemus agglutinatis ad continendas fractas partes in facie, ubi compositæ sunt. Linteum imponit Hippocrates dorso affecto quum spina recta est nec patientissimo ob nimium doloris ferre fasciarum circuitum. Subijcitur igitur pro fascia linteum, quod filis ad uentrem deligatur. Sed omissis filo, habenas linteo insuimus in fascijs: quibus plerumque utimur non solum ad medicamenta continenda, sed ad uulnera, fracturas, luxata, ut efficiant quæcumque præstari a uinculis diximus. Differunt inter se fasciæ, materia, habitu, qualitate, quantitate: de quibus differentijs operæ precium est sigillatim tractare, sumpto initio ab ijs, quæ ad materiam pertinent. Fiunt igitur fasciæ ex pilis compactis, atque implicatis, quemadmodum nunc fit quod filtrum appellatur, quo equites in itinere a pluuijs defenduntur: fascijs ex huiusmodi materia uti solebant Aurigæ ad latera firmanda. Sed magna ex parte ex tela fiunt, texuntur enim ex lana, lino, aut sericis filis; his utimur tantum ad suspendendum, nam ad uinciendum nimis adstringunt, et sunt maximi sumptus: fasciæ ex lana ualent ad fracturam cum uulnere, pleræque autem fiunt ex linteis: sunt enim ad fasciandum commodissimæ, siue ad hunc usum texantur, ueluti illæ quibus alligantur infantes, et quibus uti solebant uenatores ad crura defendenda, siue tela ad alium usum texta scindatur in fascias: his autem fere non utimur ad morbos curandos; scindimus autem lintea in longitudinem recta ad stamen, nam sic facile scinduntur, quod minus cederet, si quo-

sub tegmen procedit, id tentaretur: adde quod longi
tudinem scißæ firmius continent. Habitu etiam inter se
fasciæ differunt, cum aliæ glomeratæ sint aliæ scißæ
aliæ aßutæ: fiunt glomeratæ ex linteo in longitudinem
scißo nihilque habent aßutum in se aut scißum, cuiusmo
di sunt quibus devincimus membra fracta: scißæ constant
ex uno linteo, quod vel extremis partibus, vel alibi scißum
sit quales sunt quæ dantur ad vulnera capitis in quatuor,
sex aut octo, partes divisæ. Aßutæ componuntur ex plu
ribus fascijs, varia figura inter se iunctis, cuiusmodi dan
tur ad mammas, ad anum. Quod attinet ad qualitatem,
non [illegible] fasciæ inter se [illegible] cum omnes aptentur
leves, tenues, molles, mundæ, æquales, sui coloris: non enim
conveniunt graves, duræ, craßæ, immundæ, infectæ, inæ
quales: expetit igitur primum esse molles, nam duræ pre
munt, & dolorem faciunt, atque inflammationem conci
tant: ne sint tamen ita molles, ut aliquo modo obrumpantur,
sed resistant quum attrahuntur, atque artantur. Debent
etiam esse leves, ne frustra onerent affectum locum, id quod
graves faciunt. Conveniunt tenues non solum quia leves
sunt, sed etiam quia quum dantur non aßurgunt in magnam
molem: conveniunt æquales, hoc est sine suturis, sine emi
nentijs: quæ enim prominent in telis vel dedita opera, vel
ob imperitiam textoris, causa sunt, cur fasciæ alia parte
magis premant, alia laxiores sint: præstat igitur fascias
æquales esse, sicut et mundas etiam, non solum ut oculos
[illegible] sed etiam ne ob sordem mordeant, neve humo
[illegible] qui profunditur admitti non patiantur: sint item sui

coloris

coloris ut albæ, nam quæ alieno infectæ sunt, [illegible]
[illegible] humorem qui perfunditur, minus admittunt, atque ubi
purpureæ sint, opinionem faciunt sanguinis fluentis: eius=
modi qualitates communes sunt omnium fasciarum, sed
quòd madefaciant perfusæ uino, aut inunctæ cerato liquido,
non ita commune est omnium: ad eas enim tantùm per
tinet quæ dantur, ubi arcere inflammationem uolumus,
eas enim aut uino perfundimus aut inungimus cerato, quo
tenue sit, et ita copiosum ut supernatent. Propriè autem
glomeratæ fasciæ, ut monuit Hippocrates, postulant ex=
trema dura, æqualia, distincta, extrema accipit tam
oras in latitudinem, quam capita in longitudinem: de=
bent [illegible]: idquod fiet si bene arctetur fascia
quum glomeratur, sic autem tenuiores circuitus habebit,
et commodius poterit obuolui. [illegible] distincta esse debet,
nam ubi [illegible] si sint atque implicati, non potest
fascia eleganter circumdari: contra si distincta fascia sit
ita, ut habeat omnes partes æquabiliter extentas, non unā
simplicem, alteram duplicem et implicitam elegans fieri
uinctura poterit: oportet tandem extrema æqualia esse, ho
est sine ulla uarietate similia ita, ut nulla pars durior
uel mollior sit, latior [illegible] angustior, nihil appareat
erosum, nihil prominens, nullibi subtegmen sine stamine,
aut stamen sine subtegmine, sed utraque perpetuò nectantur
à principio ad finem. Hæc de qualitate fasciarum, restat
quantitas, quæ non modò magnitudinem complectitur, sed
numerum quoque. debet igitur magnitudo respondere ma
gnitudini affectus, et loci qui curatur: neque enim æqualis

conuenit affectui magno et paruo, membro grandi et exi
guo: differunt autem membra inter se, nam alia est magni
tudo digiti, alia brachij, alia cruris in eodem homine.
praeterea in alijs alia est similium membrorum magnitudo.
Debet igitur longitudo fasciarum quae glomerantur tanta
eſſe, quanta sufficiat circuitibus neceſſarijs: implent fa
sciae longitudinem trium quatuor quinque aut sex cu
bitorum illius qui alligatur, sicut latitudinem totidem
digitorum eiusdem hominis: quanquam quibusdam partibus
aptanturque ad modum lati, ut latitudo tractus et membri con
veniat latitudo dicta trium quatuor quinque aut sex di
gitorum hominis qui curatur: sicque maior uel minor pro
magnitudine partium: quod si membra equalem craſſitu
dinem haberent commodiſſime alligarentur fascia, eate
nus lata, quatenus poſſet tota aequaliter complecti: sed quo
niam talia non sunt artior est angusta, quae rugas mi
nime contrahat, et totius membri cui circundatur cutem
contingat: compensatur autem numero circuituum, et de
ductione versus integrum locum, securitas quam aufert
angustia: aptetur igitur latitudo fasciae, latitudini par
tis: digito idonea est fascia digitum lata, latiorem amant
crura, quam brachia: quae nimis angusta est, non bene
continet partem: sed spectare quoque uitium oportet, nam
ulcera maiora latiorem fasciam postulant, ne si cingan-
tur quasi Zona, doleant, comprimantur, inflammentur.
Quod attinet ad numerum fasciarum debent quot neces
sarium est ad continendum medicamenta: exempli gra
tia ad continenda medicamenta sufficit una fascia, ad
frac-

fracturam dantur plures: aliæ injiciuntur ante fulcimenta, aliæ post: ante dantur ab Hippocrate ternæ, una quę incipiens à fractura sursum tendit, altera quæ à fractura similiter incipiens deorsum fertur, tertia abimo membro per fracturam sursum porrigitur, et eodem loco, quo prima, finitur: Galenus pro tertia secundam fasciam, rursumque ad imam partem peruenit, sursum circumagit. Quæ autem dantur post fulcimenta tot eße debent, ut à initio minime superentur, ut ferulas comprimere non sinant, ut onere non lædant, ut inclinationis causa non sint, nec effeminent quemadmodum Hippocrates in opere de officina medici pręcipit. Est autem perpetuum, ut qui uinciunt, fascijs abundent, easque aptent unicuique affectui, ac parti, quę maxime idoneę uidebuntur: huiusmodi igitur debent eße instrumenta, nempe fascię, in quibus uinciendi apparatũ diximus consistere.

At neceßaria etiam est certa ratio uinciendi, sine qua frustra pararentur fascię idoneę: non est autem cuiuslibet uinculum apposite dare, praesertim id quod efficit: nam ia quod inseruit medicamentis continendis non ita multas postulat animaduersiones. sed plurimum refert qua ratione illud superdetur, nam si male injiciatur, tantũ abest, ut præstet id, ad quod adhibetur, ut sępe contrarium proferat effectum. Quotquot autem animaduersiones uinculum postulat, et quod inseruit, et quod perse efficit, ad duo genera referuntur ab Hippocrate, qui libro secundo de officina medici alias comprehendit sub uinculo quod injicitur, alias sub eo quod iniectum est. De ratione uinciendi. Cap: III.m

quamobrem nos quoquę pręcepta quę ad rationem uinci
endi pertinent, partim sub uinculo quod inijcitur, partim
sub eo quod iniectum est, comprahendemus: quęcumque
pertinent ad id quod restat, ubi iam agerę desijt, qui dę
ligat, sub iniecto comprębenduntur: quamuis aliqua ui
deantur quodammodo attinerę ad id quod inijcitur, ad
quod iam pergimus: ita igitur inijci debet, ut tuto, celeri
ter et iocundè inijciatur: tuto adhibetur, ubi iuuat, et
non nocet: id quod euenit quum adstringitur quantum
res exigit, quum incipit circuit, desinit qua parte maxi
mè [illegible], sed quum hac quatuor adstrictio, principi
um, circuitus, finis restent, proponentur à nobis in ijs, quę
dę iniecto uinculo tractabimus. Ergo ubi hęc commodè
adhibeantur, iuuabunt et non nocebunt: sed quia circu
itus, dum fascia attrahitur, aliquid etiam præstat, et non
tantum ubi iam attracta est, et uinculum iniectum, idcirco
nunc quoquę dę ipsa attractionę agerę oportet, in uinculo
quod inijcitur. Ergo quum attrahitur fascia, secum quoquę
attrahit partem illam unde adducitur: quam obrem tuto
adhiberi dicetur iuuabitquę ac non nocebit, si attraha
tur ab ea partę in quam particula recessit: sic enim
adducetur ad locum undę seiuncta est. attraherę ergo
fasciam oportet, uel à dextra partę in sinistram, uel à si
nistra in dextram, prout affectus inclinationem in hanc uel
illam regionem desiderat. Si maxilla a dextra partę
affecta est, ducatur fascia manu dextra: si ab altero, al
tera manu: perpetuo autem in contrariam partem in
clinandum est, ut si dextra læsa sit, in sinistram: in

neutram

neutram uerò ubi totum membri os tranſuerſum eſt per-
ruptum : at ubi reſ exigit inclinationem in alteram par
tem uero uerſus à latere affectæ partis, reliqua faſcia
quod affectum eſt in contrariam partem attrahitur ad
quam ubi peruenit, multo minus inclinatur, donec in or=
bem circumacta, ad ſuum principium reuertatur quod
manu tenebamus, cui rurſus faſciæ partem quæ ipſum con=
tinet ſuperpoſitam ualenter continemus sic, ut iterum in=
cipiat circuire ſuper partem uiolatam, ſimiliter in con=
trariam partem inclinata : ubi in neutram partem in=
clinare faſciam uolumuſ, mediam injicimus contra pla=
gam, et in utraque partem attrahimuſ. Hæc ubi seruen=
tur, tutò injici uinculum dicetur, iuuabitque, et non noce=
bit. Injicietur celeriter, ubi qui aget preſto habebit
faſcias idoneas, peritusque erit huiusmodi chyrurgiæ,
neque dubitabit qua parte principium, finis, adſtrictio
circuitus admoueri debeat : ad celeritatem confert etiam
dexteritas: ille enim celeriter alligabit, qui bene utetur
utraque manu & ambabus simul : utraque prona, amba=
buſ aduerſis. Illa autem faſcia ambabus manibus cir-
cundatur, quæ à medio orditur : ab utraque uerò mu-
tuum illa, quæ incipit ab uno capite duntaxat. Iocun-
ditaſ partim in celeritate consiſtit, partim in elegan-
tia, partim in uitando preſſum : celeritas enim pluri-
mum conducit ad iocunditatem; quod celerius expedi-
tur, iocundius eſt, quod diuturniori tempore præſta=
tur, tedium et moleſtiam affert : delectat elegantia,
quam præſefert Chyrurgus, quum manuſ admouet, ſed max=

imè iocunda est uitatio doloris, quam affert adstrictio: quam obrem uitanda est quantum fieri potest: sed cum restet conſideratur in uinculo quatenus iniectum est [illegible] nunc ſubijcimus.

In uinculo [illegible] quod iniectum est duo tantum attendun tur. securitas et iocunditas: nam celeritas agendi spectat ad id tantum quod inijcitur: dicetur igitur uinculum [illegible] iocundè iniectum, quum simplex erit et distinctum: simplex dicitur, ubi linteum non implicitum est non duplicatum, non rugosum: distinctum uerò quum iterum ac tertiò obuoluitur siuè æquales siuè inæquales esse circuitus debeant: interdum enim secundus priori æqualis ad unguem est ita ut partes fasciæ in latitudinem extremæ eodem loco finiantur, neque superent, neque superentur, sed in utroque circuitu deſinant non aliter, ac si iniecta eſset una fascia duplicata, eademque ratio sit tertij, et quarti circuitus: uocatur eiusmodi uinculũ orbiculare, ubi orę fasciæ secundo et tertio circundatè, sic [illegible] superentur: sed circuitus distincti poſsunt etiam eſse inæquales, ueluti in circulo quod datur ad membra fracta, in quo prior fascia sursum fertur, secunda prius deorſum, deinde surſum ducta deſinit eadem parte, qua prior: id quod fieri minimè posset, nisi, quod spectat ad latitudinem lintei, ora altera, alteram excedat: erit autem distincta fascia, si tota in eadem inclinatione perseuerет, qua a circuitu in orbem recedens orsa est: dicetur igitur uinculum distinctum, non solũ quod æquales habet circuitus ueluti orbiculare, sed etiã

quod

quoq; inæqualis. Accōmodantur autem ad partes æqua-
les et similes, circuitus æquales & similes: ad partes in-
æquales, et dissimiles circuitus inæquales et dissimiles.
Super humerum qui similis est, et æqualis similiter et
æqualiter fascia circundatur: non ita æqualiter et simi-
liter super crus: minus adhuc super [illegible] brachium:
in capite humeri, [illegible] quod partes dissimiles sunt et
inæquales, dissimiles et inæquales circuitus requiran-
tur: enim obuoluunt contrarias partes. Ad omnia
igitur spectat uinculum simplex et distinctum: requiri-
tur ad eandem elegantia, quam efficit circuituum ua-
rietas quædam; affert [illegible] gloriam medico, expetitur
que sepenumero ab ægrotantibus, [illegible]
quibus sui [illegible] facit: cauendum tamen ne uin-
cula uaria atque elegantia onerent et comprimant:
damnatur enim ab Hippocrate talia uincula non ab-
solute, sed quum dantur [illegible] quam sunt
ob [illegible] inæqualis urgent et inflammationes
mouent, atque abscessus: quæ enim superdantur ita
debent alligari ut contineant et non comprimant: quid
quod Hippocrates interdum [illegible] at-
que elegantibus [illegible] sine Rhombo seu Rhombo
ad caput humeri [illegible] ad inguinum [illegible] cum recte
dantur, commoda sunt, & non incommoda. Confert ad
[illegible] modica adstrictio, ita ut
non comprimat: sed cum hæc ad securitatem spectet, quæ
est altera conditio [illegible] uinculi, monet nos ut ipsam
quoque exponamus.

Consistit bonitas [illegible] in duobus, unum est firmitas, alterum est [illegible] operis ad quod datur. [illegible] recte [illegible] dicitur quod [illegible] ut bene contineat quumque [illegible] quod res postulat: di[illegible] quod per se non resoluitur, sed [illegible] fideliter continet. [illegible] adstricti[illegible] ido[illegible] tractandum est, [illegible] postulat [illegible] suum [illegible] sunt [illegible] sine dolore secetur sen[illegible] consilium fuerit, adstringendumque ita, ut [illegible] uinculum id quod res po[illegible] inseruire debet continendis me[illegible] etiam suf[illegible] dum est à uinculo per se, eatenus [illegible] ri debet, ut sufficiat operi ad quod datur: semper [illegible] debet, non tamen comprimere: illud [illegible] tio non eadem

conuenit

conuenit ubique, nam differunt homines ab hominibus partes à partibus, affectus ab affectibus: robustiores homines magis innocenter adstringuntur, quam teneri ac delicati: duriores partes maiorem sustinent adstrictionem quam molliores: magis adstringimus iugulu, quam costa, aut maxillam, magis latum os scapularum, quam iugulum. Quod attinet ad affectus, diuersi diuersam postulant adstrictionem, eamque non eodem loco omnes: quæ peruersa sunt, eatenus adstringi debent, ut dirigantur quæ abscesserunt, ut coniungantur: ubi repellere oportet, aut exprimere, ut humor repellatur, aut exprimatur. Luxata et fracta desiderant uinculum adeò arctatum ut ualeat quę composita, ac restituta sunt retinere, sed multo laxius esse debet, ubi illis uulnus quoque accesserit: impendet enim tunc magis inflammationis et gangrenę periculum, quæ sub arctiori uinculo magis excitantur: quamobrem ut illę uitentur, laxius ho: damus, comparamusque firmitatem circuituum numero, magis quam adstrictione: sed quę sine ulcere fracta sunt, aut luxata, ualidius adstringimus. ea tamen moderatione, quam scribit Hippocrates, quum monet ut homo se premi dicat, qua uitium est, magis eo die ac nocte quo deligatur, posteriori minus, tertio autem sentiat uinculum laxius, quo tempore apparere debet in extremis partibus tumor mollis, et pars quę sub uinculo excepta erat, extenuata magis: quod conspici conuenit quoties resoluitur membrum, ut intelligamus uinculum satis fuisse adstrictum: septimo autem die in conspectum

ueniant oſſa graciliora [illegible]
quid horum adsit, uinculum non satis arctum fuit, si quid
superet maior iusto fuit adstrictio. quae quum intuetur medicus
uberius alligare membra magis [illegible] uel intra
intra ut post septimum diem [illegible] quarto maxime solet inflammatio superuenire neque conuenit uincu-
lum arctare. Locus quem magis adstringere opus est ille unde magis exprimere materiam uolu-
mus [illegible]usmodi est sedes ubi fractura est uel luxatum.
[illegible] ut illa sedes, quae
[illegible] alligandi [illegible]
[illegible] ibi longe magis laxa, quam aliis
partibus [illegible] loco inter eum unde repellitur ma-
teria [illegible] pellitur mediocriter arctare uin-
culum [illegible] comprimuntur à parte sana,
[illegible] maxima compressio sit ad ipsas oras,
[illegible] debent. Adstrictio igitur ea ratio-
ne [illegible] firmum sit, et id præstet
[illegible] collocatis
principii [illegible] principium
[illegible] in utrumque caput
[illegible] fascia ab uno capite, quod
principium [illegible] deligare à media fascia
[illegible] uinculum debet, sed
[illegible], alioquin ab uno capite fa-
scia [illegible] igitur interest qua parte, siue
[illegible] alterum caput primò collocetur, et prop-
[illegible] propter opus a uinculo præstandum.
[illegible] certas sedes statuerunt in sin-
gulis partibus [illegible] ut [illegible]
[illegible]

pite ob quamcumque causam affecto: alam, quum deli
gandū erat humeri caput: ilia ad inguina uin[illegible]:
initium manus ad brachium: initium pedis ad crus, quo
modo si principium collocetur, comparatur firmitas.
Sed respicere etiam oportet ad opus, quod efficiendum est
à fascia, nam magis exprimit inde, ubi primò superdatur
ita ut collocandum principium sit, unde magis expellere
humorem oportet, ut in fractis, et luxatis super affectam
sedem, in abscessibus et fistulis ad fundum: ubi impleta
sit pars gracilis ad eam sedem quae sana est; cauendum
tamen ne super ulcus principium fasciae ponatur: colloca
ri enim debet hinc, uel hinc, in eadem longitudine membri,
non tamen in eadem latitudine.
Iniecto principio considerare circuitum oportet ut decorè ac
rectè iniectum uinculum dici possit: attenditur decor
in ambitu fasciarum iocundo, qualis conspicitur in Rhom
bo, Thaide, scapha, Tholo, Geranide, Auriga [illegible] alijs
[illegible]ius modi uinculis: ut autem sit recte iniectum, circuitus
[illegible] duo spectare debet, ad opus scilicet ad quod datur, [illegible]
[illegible] firmitatem: opus multiplex est, quamquam ferè sub du-
plici genere comprahenditur; unum quod separat, et expel=
lit, alterum quod coniungit, & impellit ad locum illum
s[illegible] quem fascia postremò obuoluitur. contrà separat
[illegible] loco, super quem primò, et plurimum ob=
uoluitur. Eò igitur incumbendum est quum deligamus
ut primò et plurimum obuoluamus fasciam, super locum ex
quo separare & reprimere oportet, parum et postremò su
per eum, ad quem impellere uolumus, atque adducere,

[illegible] partes meliori modo complectamur. [illegible]
[illegible]ibus materia exprimenda ex plaga est ad loca in
[illegible]: quam ob rem qua parte plaga est ea primo, et plurimi
ob uulnus fascia debet. nam si carnosa pars, quæ hinc atque
hinc [illegible] media non comprehensa ac sine
uinculo relicta maxime turgebit, minusque erit sui co
loris: recipiens enim materiam utrinque expreſſam inflam
mabitur, putrebit, onerabitur adiecto cataplasmate: impe
riti [illegible] alligant ut docet Hippocrates tertio
de [illegible] libro ubi uident hæc mala superuenire, ali
ud quoduis infortunium causantur: ubi autem coniungen
da sunt quæ [illegible] ordiatur a parte sana, et pa
ulatim progrediatur ad ulceratam, sicque ab ulteriori
bus partibus [illegible]. Quæ nimis coniuncta sunt
contrario modo alligantur. nam datur primo fascia su
per partem affectam, deinde paulatim [illegible]
[illegible] incipit a fundo et uersus os circundata
ita iuxta ipsum finitur ut [illegible] relinquat humori quæ
exprimitur [illegible] diductis, peruersis ad duo intende
re [illegible] ut urgeat scilicet locum in quem os
uenit, et magis solutum relinquat illum a quo receſsit.
[illegible] incipit fascia ab affecto loco, bis terue super
ipsum circumdata adducitur uersus sanum, ut influere
sanguinem prohibeat, et exprimat quod iam fluxit. Sed
[illegible] partes sint, quæ et recipere aliquid à laborante
particula, et transmittere ad eamdem poſsint, superiores
tum propter multitudinem, tum propter magnitudinem ad
utrumque magis idoneæ sunt, quam inferiores, quæ ob

contra

contrarias conditiones exiguum quid uel transmittere possunt, uel recipere. Quamobrem Hippocrates, duarum fasciarum, quibus ad fracturas utitur, priore quod in laborante sede continetur exprimit ad partes superpositas, reponitque quicquid ex his ad illam confluit: altera uerò quae primis quidem complexibus ad fracturam datis ad inferiores partes progreditur, ad eas quaedam detrahit, et quaedam probibet ne ex illis poßint ad fracturam [illegible]: eandem secundam fasciam rursus ab ima parte sursum adducit, sic ut eodem loco cum priore finiatur. quo fit ut aliquid etiam ad ipsum expellat, probibeatque ne transmittat. Ad [illegible] uerò plurimum confert postremus fasciae circuitus, qui minime obliquus conuenit, siquidem fascia postremò obuoluta qua ualentißime hereat uagos debet circuitus continere: nam priores ambitus ut diuersis locis affectam sedem inuoluant, saepe necesse est obliquos duci sed postremus minimè obliquus priores continet, qui morbi causa obliqui sunt adhibiti: hos itaque constat hoc modo contentos immobiles permanere. An uerò postremi circuitus supra, uel infra genu seruari potius sine inclinatione debet, quòd si uel inguen, uel humeri caput alligemus in quibus ad contrarias partes porrigere fasciam cogimur, extremos circuitus immobiles similiter sine inclinatione seruabimus, in orbem circa ilia fasciam dantes, quum deligamus inguina, uel sub ala, quum humeri caput: commodè enim ab humeri capite fascia datur ad alteram alam et ab inguine ad alterum ilium: in crure autem postremi circuitus commodè obuoluitur, super partem quae carno

prominet, ubi uerò sursum labatur ab inferiori parte suspendetur, ubi deorsum à superiori, ut ad talos, uel ad genu. Si non sit sedes contraria, qualis ab humero ad alam contrariam, uel si non sit locus suspendendo idoneus, qualis in cruré sub et supra conspicitur, fascia continenda est, qua maximè locus æqualis est, ut in capite inter frontem et uerticem, ubi nullo modo inclinet: quæ autem adijciuntur ad continendam uel suspendendam fasciam, super imponenda sunt qua maximè corpus quiescit et qua maximè cauum est: solent enim fascijs adijci quædam ad continendum uel suspendendum, ut in uinculo quod oppositum [illegible] appellatur ne diducatur angustior [illegible] media iniicitur, et per malas ab utraque parte [illegible] bitur inter frontem et uerticem, inde sub mentum fertur et ad occipitium alligatur. Suspenditur etiam ne decidat fascia quæ datur ad latera, ad thoracé ad dorsum additis duabus fascijs, quæ utrimque iuxta humeri caput deligantur.

Finis fasciæ restat, qui siue sit alterum caput, quemadmodum ubi ab uno tantùm orditur siue utrumque, quemadmodum ubi primùm media superdatur: duo potissimú postulat ad firmitatem, et opus efficiendum, ad quod datur, ut spectemus qua ratione stabiliri possit, et qua parte debeat desinere. Stabilitur igitur nodo, habena filo, aut sutura. Nodus intelligitur quum uel utraque fasciæ capita inter se uinciuntur, uel alterum scinditur uel habena adijcitur, cuius extrema inter se alligantur, sed firmatur etiam fascia filis subiectis et inter se deuin

ctis

ctis, firmatur tandem acu, et sutura. Ubi nodus adhibeatur, mollis sit, ne comprimat, non magnus ne oneret, et cito fieri, ac resolui poßit, non paruus ne minus stabilis euadat: seruet igitur moderationem quandam, non habeat habenas dependentes, ne frustra, aut cauendae sint, aut neglectae impudenter attrahant, atque ita uinculum resoluant. Vitatur nodus quum assuitur extrema pars fasciae partibus prius iniectis, siue per idem membrum ferantur, ut in cruribus et brachijs, siue dentur ad contrarium, ut in capite humeri, et coxa. quomodocumque autem finiatur fascia, siue nodum accipiat, siue suatur, finiri debet sursum, non deorsum. Ergo ubi suitur acu ab inferiori parte sursum traiecta, extrema fascia cum subiectis partibus nectitur: similiter quum capita debent nodum accipere, in superiori parte ipsa accipiant, non in inferiori: neque enim trahenda est superior uinculi pars deorsum, sed adducenda est inferior sursum ubi desinat: sedes ubi proprie finitur, non sit qua ulcus est, sed hinc uel hinc: cauendum enim, ne super plagam nodus, aut fasciae caput imponatur, quamobrem hinc uel hinc detur in eadem longitudine, non tamen in eadem latitudine. Videndum praeterea ne nodus collocetur qua parte initimur, qua agimus, aut qua locus inanis est. Pars qua agimus, est articulus, cui initimur est planta pedis, et incubando totum dorsum, praesertim quod extat, ut capitis pars posterior, ut nates in sedendo. Vitetur in articulo nodus, propter motum, et mutationem uinculi: inanis autem locus cuiusmodi est sub poplite et sub alis, non po

test nodum fulcire ac firmare: quamobrem alia parti collocandus est ubi sustineatur. Hactenus de unciendi ratione in universum

De fasciis resoluendis Cap: IIII.

At non satis est recte, ac decore uinxiſſe, sed oportet quod uinctum est oportune resoluere, de quo nunc tractabimus. In resoluendo igitur potiſſimum spectare tempus oportet quod proprie ad artificem pertinet, nam modus cuiuslibet est, neque ullum postulat artificium: qui soluere nescit precidat ueluti Alexander Gordianum illum nodum in quo soluendi uiam non uidebat. Ut autem intelligatur tempus resoluendo optimu, intueri primo oportet recte ne an male habeat uinculum quod inicitum est: namsi quid in eo fuerit erratum, non est cunctandum resoluere, sed statim resoluendum est, et rursus ut conuenit iniciendum: at ubi nihil ante erratum fuerit in deligando debet seruari donec prestet id, quod ab ipso expectatur, modo interim toleretur, et non nimis laxum euadat: duo autem a uinculo requiruntur, ut scilicet inseruiat, uel agat, quemadmodu ante monstrauimus: inseruit quod medicamenta continet: seruari autem debet, quam diu illa continenda sunt: hoc est donec suum opus effecerint: aliqua enim tardius ut Diacalciteos, quod tertio die resoluendum est: aliqua celerius, ueluti adurentia, exedentia, putrefacientia, atque hae longe citius resolui debent; si qua etiam dentur medicamenta ut morbum significent, ueluti atramentum ut ostendat fracturam caluaria latentem, resoluenda similiter sunt, quum suum effectum prestiterint: resoluitur atramentum postridie

ab Hippo

ab Hippocrate, quòd satis ~~ta~~ hoc tempore possit in os fractum penetrare. relinquenda igitur sunt medicamenta alligata, donec suum opus effecerint nam ut frustra postea tenerentur alligata, sic ante incommodè soluerentur :: interpellaretur enim ipsorum effectio: in quem errorem sæpe incidunt recentiores, qui quotidie medicamenta ferè omnia resoluunt, ac mutant: debent autem quæ diuturnum tempus requirunt diutius retineri uelu: ti glutinantia, quæ quarto die resoluuntur a Galeno, quo tempore etiam resoluit arteriam sectam. Albucasis Arabs in hydrocephalo non resoluit nisi quinto die post chyrurgiam: est enim periculum interim, ne sanguis effluat, ne impediatur opus medicamenti, ne lędatur plaga insueto àere ubi sæpius resoluitur presertim si fuerit in capite. At ubi uinculum detur ut aliquid agat, uerbi gratia dirigat, repellat, diducat, coniungat, non prius resolui debet quàm suum effectum præstiterit. Illud siue superiori siue opere debeat, non solùm intueri oportet, an suum opus perfecerit, sed an interim toleretur: multę enim causæ sunt cur non feratur, ueluti dolor, inflammatio, prurientium sensus, ulcus, humor erumpens: nam ubi dolor sit ueluti neruis uiolatis bis terue singulis diebus, ac noctibus resoluere oportet, atque alligare. Hippocrates costas collisas quotidie resoluit ueritus dolorem. Quæ inflammatione tentantur, ut solent fracta, luxata, uulnerata longè sępius resoluenda sunt, quàm si inflammatione uacarent: hac enim uia, et dolor quiescit, et gangrenę periculum quod ex diuturniori uinculo impendet

facilè euitatur: resolui etiam uinculum sæpius debet, ubi sit prurientium sensus, ut cesset acri uapore exeunte sic[illegible] molestia illa uindicetur, et cutis defendatur ab ulcere in quod tunc incidere consueuit: cogit tandem humor ex plaga erumpens nos uinculũ cito resoluere nec patitur ipsum diutius seruari: nam sanies quæ retinetur deterior fit. affectum locum putrefacit, atque erodit: quamobrem Galenus nono libro de simplicium medicamentorum facultate quum de plumbo agit, præcipit ut plaga, quæ multam saniem fundit, quotidie resoluatur. ob eandem causam fractura cui uulnus adijcitur sępius resoluenda est, quàm ea in qua cutis integra seruatur quanquam ob dolorem quoque, prurientium sensum, atque inflammationem fractura ab Hippocrate sæpius resoluitur, neque continetur alligata, dum ex toto sanescat: sed interim à principio soluitur tertio, quinto, et septimo die: post septimum ex maiori interuallo ut quinto quoque die cum minor suspicio sit doloris, atque inflammationis: post uigesimum, ubi nulla suspicio superuenerit, sinitur uinculum deligatum, dum ex toto fractura conferuescat: ubi timemus ne quid eiusmodi malum oriatur, medio tempore soluimus, ac rursum deligamus. Sunt qui sinant fracturam a principio ad finem perpetuo alligatam, nunquam interim resoluentes, quod interdum benè succedit: sed tutius est ob pericula superius exposita imitari Hippocratem, qui interim resoluit, perspicere quo an rectè compositum membrum sit, et si quid erratum est corrigere, ac rursus deuincire: nam sic etiam magis

aptè

apte uinculum inſidet et fidelius continet, cum alioquin diuturnitate temporis nimium relaxetur.

ORiuntur autem ex uaria deligandi ratione superius poſita, multa uinculorum nomina, multe differentie de quibus agere nunc operę pręcium est. Ducuntur uinculorum nomina uel à parte cui dantur uel à similitudine rerum quam reſerunt, uel ab euentis quę inde oriuntur: à parte nomen obtinuit grece μετωπιαῖος circuitus, qui frontem ambit, παρειὰς, qui malas, γενιὰς, qui mentum, στεφανιαῖος, qui coronarum modo tendit inter uerticem et frontem, ὀφθαλμὸς qui oculum, ῥὶς qui naſum, βουβὼν qui inguem complectitur: quae nomina omnia graeci uinculis impoſuerunt sumpta à partibus quaſ deuinciunt. Trahuntur et alia nomina à similitudine uel animalium ut Rhombus, Semi Rhombus, Accipiter, Aries, Lepus, Teſtudo: uel aliarum rerum ut spica quod uinculum spicam repręsentet, uel simum quod reſervat locum; ubi planities cum colle coniungitur, simum appellant multum enim inclinat suo circuitu. Eiusmodi est etiam Aſcia, sic à ueteribus dicta quod repręsentat Asciam instrumentum, quo fabri ligna incidunt, atque aequalia reddunt: est autē extrema parte modice incuruum et labroſum. Asciae autem uinculi circuituſ non adeò inclinat, ut simum, sed paulum, ponitur que inter uarioſ, quod relinquat spacium nudum siue fascia, ubi spectantur Rhombi uarij: apparet autem lunata figura circulum hoc, ab una parte simum, ab altera gibbum. Poſtremò ab euentis quoque ducuntur nomina uinculorum, unde aliud appellatur

De nominibus ac differentijs uinculorum cap. V.

operculum, aliud cataphracta, aliud uallum, quod talia euenta ex fasciarum ambitu conspiciantur.

Differentiarum multa sunt genera in uinculis, ac primò illud, quòd aliqua sunt unius modi, aliqua uaria, unius modi est orbiculare, quod eodem modo semper in orbem progreditur. Varia dicuntur illa, quæ quosdam circuitus rectos habent, quosdam transuersos, quosdam obliquos. Sub alio genere differentiarum comprehenduntur simplicia et composita uincula: illa constant ex uno linteo dumtaxat, hæc ex pluribus: utrorumque exempla multa habes in uinculis capitis. Sub alio genere continentur illa, quę uel certis sedibus, uel compluribus ~~ido~~ idonea sunt: ad certas sedes accõmodantur, ueluti ad caput linteum scißum operculum, discrimen, Thais; ad pectus Auriga: ad mammas fascia assuta: ad colem uinculum suspendens. Ad multas partes accõmodatur Rhombus, Ascia, SemiRhombus. Postremò aliud differentiarum genus eò spectat, quòd alia sunt uincula dumtaxat, alia laquei simul, et uincula. Sunt uincula tantùm illa, quæ præbent usum inseruiendi, uel agendi superius expositum ut continendi medicamenta, exprimendi, repellendi, adducendi: sed laquei ad extendendum conferunt præter usum iam dictum. Sunt uincula dumtaxat Tholus, Regium, scapha, Discrimen. Vincula simul et laquei Lepus auritus, quo sursum trahimus caput in reponenda maxilla: Pastoralis quo utimur ad pedem extendendum. Patefient autem nomina, et differentiæ propositi omnes ex uinculis quæ ad unamquanque partem proximè subijciemus.

Adſcribemus igitur in unaquaque parte uincula aliquot ex illis quæ à Galeno, Eliodoro, Sorano traduntur: ea autem potiſſimū accipiemuſ, quę maioris usus iudicabimus: ad quorum exemplum licebit et noua inuenire: siquę autem animaduerſiones propriæ deſcribuntur à singulis partibus, subinde à nobis preſcribentur quum ad unamquamque ueniemuſ.

De uinculiſ ſingularum partiū à capite ad pedes. Cap: VI.

Summemuſ igitur initium à capite, quod non potest in orbem comprimi, ut membra, quo fit ut quum perfringitur neceſſaria sit sectio oſsis ad extrahendum humorem collectum in membrana cerebri. neque enim sub uinculis repelli potest, cum ceruices quæ cum capite committuntur, non patiantur circundari fasciam in orbem ueluti in membris: quare siue dextram, siue ſiniſtram partem occupet uitium quod uinculum postulat, fasciam super affectam sedem primò datam rectam ducimus ad ſummum caput, inde ad extremam maxillam, tum rurſus ad affectam ſedem: id quod tertiò, aut quartò agimus, dum ſatis circumdata finiatur: finitur autem in uertice, is enim locus maximè idoneus est, qui fideliter contineat: ubi autem media injicitur, detur primùm affectæ sedi, et utrumque caput equaliter in contrariam attractum ducatur, ubi firmiter finiatur: potest autem arctari uinculum ad repellendum solùmodo in fronte, nam ab alijs partibus non repellit, sed tantùm accommodatur ad tegendum, fulciendum, continenda medicamenta, sed uenio ad exempla uinculorum.

Linteum scißum ad summum caput, et ei proximam regionem. I.

Linteum iustę magnitudinis scinditur in partes sex, et medium qua verticem complectitur, integrum relinquitur ex partibus vero pendentibus mediæ finduntur è regione aurium. ac sub mentum demissę nodo inter se uinciuntur. Quo facto altera fasciola angusta media occipitio inijcitur, extremaque ad frontem adducuntur, et à latere capitis nodum accipiunt: quatuor vero partium quas pendere sinebamus, hæc ratio est: posteriores propè nodum angustioris fasciolę, priores supra occipitium inter se colligantur. Licet item absque nodo, alijs subiectis, alijs superdatis, postremæ fibulam imponere.





Linteum scißum ad frontem, & partes, quæ iuxtà sunt. II.

IN quatuor partes scindere linteum oportet, medio intacto, qua fronti circumdetur. prioresque partes super posteriores, quæ dependeant ad occipitium, dare, ibique

inter


inter se deuincire: post hęc reliquas duas conuerſas in summo capite colligare, quę submentum etiamnum demitti poſsunt, et ibi nodum accipere. Hoc uinculo ad occipitium quoque utimur, partibus à latere capitis nodo inter se deligatis.



Linteum ſciſsum ad totum caput. III.

Linteum ſciſsum in parteſ octo, ita ut medium integrū sit, donec tegere caput poſsit, toti capiti obuoluatur: tum ex pendentibus partibus duę iuxtà aureſ fixæ sub mento inter se deligentur, è reliquis uerò binis à priori parte, quaternis à posteriori. duæ à posteriori extremæ super alaſ ducantur ad frontem, altera alteri subiecta ut à superiori contineatur. deinde prioreſ duę ferantur ad occipitium sic, ut æque alteri altera insidat, bis compræhenduntur quæ prius fuerunt circundatæ, reliquę duę posterioreſ ad frontem attrahuntur, altera similiter alteri subiecta, extremęque à latere fibula injiciuntur. Hæc

inijciendi ratio efficit, ut caput sine nodis inuolutum defendatur à tedio, quod hi comprimendo afferre plurimū solent.



Cancer siue uinculum capitis, siue operculum scißum in partes octo ad Caput. IIII.

Medium amplecti debet uniuersum caput, sic, ut quatuor partes à fronte recte dependeant, ab occipitio totidem: ex illis exteriores ad occipitium porrectæ inter se alligantur: ex his exteriores similiter fronti circumdatæ, à latere deligentur. Tum ex reliquis quæ in fronte scißæ partes sunt ad occipitiū, quæ in occipitio, ad frontem attrahuntur.




Operculum ex faſciola trium capitum (σκεπάστρα dicitur) et ex altera, quæ hanc continet (κάθολκος uocatur) & tertia, quæ prohibet ne totum uinculum diducatur κάθολκεῖς nominatur. V.

Pertinet ad obuoluendum uniuerſum caput, dicitur autem πανσκέπαστρα. est quidem κάθολκος faſcia longior, quæ in orbem faciei, et capiti circumdatur, ut operculum comprehendat, sed καθολκεῖς ex faſcia fit longa, adhibeturque eo nomine, ut diduci uinculum non ſinat. quarum hæc ratio est. Linteum adhibetur ſic latum, ut caput uniuerſum complectatur, longius quam ut duplicatum hoc efficiat, cuius alterum caput occipitio datur, alterum à fronte dependet: tum angustior faſcia sub mentum media injicitur, et in utramque partem per malas attrahitur inter frontem et uerticem, inde sub mentum rurſus demittitur: post hæc alterius angustioris faſciæ medium fronti injicitur, capitaque in orbem ad occipitium porrecta, ibi et inter se, et cum alterius angustioris faſciæ capitibus alligantur: at quod à facie pendebat in longitudinem usque dum ad ſupercilia mentum peruenit, diuiditur in duas partes, quæ in fronte altera super alteram insidente ad ſimilitudinem literæ X. in orbem ad occipitium adducuntur, atque ibi deligantur. potest autem una faſcia dumtaxat longior, et operculum continere, et prohibere ne tota uinctura diducatur, ad hunc modum, si inter frontem et uerticem ordiatur, capita uerò recta per malas sub mentum demiſſa, ibique altero super alterum excedente in ſimilitudinem literæ X. sub imas aures ad occipitium dentur, ibi ſimiliter in ſpeciem literæ X. inter se aduersa ad frontem ducantur, et nodo à latere deligentur.



Rhombus alter simplex, alter Hippocratis de quo nunc. VI.

Aptiſſimum eſt vinculum hoc (ut quidam præſcribunt) ad ſuturas, ubi dehiſcunt, vel (ut aliis placet) ad partium, quas vulnus diduxerit agglutinationem, atque ad emittendũ humorem eò, quòd comprimendi vulneris vim habeat: ſic autem circuire debet. faſcia à latere capitis orſa, obliqua ducenda eſt ad verticem, atque alterum tempus, deinde malis utrimque circumdanda, et obliquè parti prius obuolutæ aduerſa in modum literæ. x. ad occipitium demittenda, inde obliqua, ſic ut à priori circuitu diſtet per malas, porrigenda eſt ad alteras malas, ac rurſus obliqua ſurſum danda ut bis. x. literam repræſentet, quodque in medio eſt Rhombi figuram accipiat, quo facto ad occipitium ferenda eſt, et fronti in orbem iniicienda eatenus autem circumdanda, ut quæ nuda ſunt includantur.



Semi Rhombus, uel Lepus sine auribus: VII.

Huic, et illi, cui nomen est Tholus in omnibus eadem uis est, ratio adhibendi huiusmodi est. fasciæ caput occipitio inijcimus, eamque sub infimam auriculam obliquè inter frontem, et verticem priori parti adductam, ac sub infimam auriculam ad occipitium attrahimus, post hæc fronti circum agimus sic, ut quod medium est SemiRhombi effigiem referat. Extrema verò fascia non modò in hoc, sed in alijs quoque capitis uinculis fibula à latere uincienda est: possumus etiam, si ex usu sit fasciam circumducere, non ab inferiori parte sursum, sed contrà.



Vinculum ad caluariam quod aliqui [illegible] seu [illegible] VIII.

Maximè idoneum est, ubi summũ caput, et quod inter ipsũ et frontem est uincirè conuenit: hoc autem modo ipsum mijcies: orsus ab occipitio fasciã recta per uerticem duces ad frontẽ ibiquè sinistrè manus digito indicè continebis, et iuxta priorem partem rursus ad occipitium demittes, ab eo tertiò ad frontem porriges iuxtà partem priorem, ubi ipsum obuolues, per eum sinum qui à digito tenebatur, postremò frontẽ circũages.



Thais Perigenis, quam alij ad Molpieam auctorem referunt. IX.

Adhibetur eadem causa, qua Tholus, sed quandam praeterneam elegantiam habet. Vbi Tholus uinculũ superdatum fuerit, angustioris fasciolae caput, sub eius ambitum indatur, eaquè porrigatur obliqua ad summum caput, et inter ipsum et frontem, tum in frontè sub prioris fasciae sinũ agat indè obliqua ad uerticem, per id quod inter ipsum et frontem est ducatur, post haec ad occipitium, dein sub infima auricula dextra inter frontem et uerticem, sub in


fima

ſima auricula ſiniſtra rurſus ad occipitium reuertatur. Nos, uerò ut fidelius contineatur alium quoque ambitum per frontem adijcimus. ~



Thais alia sine auctore. x.

Tholo obuoluto, faſciola, quæ digiti latitudinem æquat, uel etiam num anguſtior sit, orſa ab occipitio per totum ſummum caput et ad frontem per id quod inter ipſam et uerticem est adduci debet, ibique duplicata, rurſus ad occipitium porrecta conuerti, atque indè per dextram capitis partem ad uerticem, et inter ipsum et frontem procedere, deindè ad siniſtrum tempus demitti, quà duplicanda eſt, et per partem prius obuolutam, ad dextram capitis attrahenda, indè similiter duplicata ad tempus, quod tertio fiat, ut treſ sinus duplicatæ fasciæ cincinnorum imaginem referant: sed poſtquam tertio ad dextram occipitij partem uentum fuerit, fasciola ad siniſtram partem conuertenda, ut quæ in altero tempore conſpiciatur, poſtremò ut benè prioreſ ambitus teneat, fronti circumagenda.



D[illegible] . XI .

Ad eosdem pertinet ad quos Glaucij Tholus. iniicitur quę hoc
modo. fasciæ quod satis est à facię dependeat, et reliqua eius
pars ad summum caput, per id quod inter ipsum et frontem est, fe-
ratur, inde ad occipitium, ibique tradatur ministro continendo
posthæc conuersa circa frontem detur, quo facto, caput
à facię pendens, per partem primò iniectam, redtę ad
uerticem per id, quod inter ipsum et frontem est pro
cedat. indę ad occipitium, ibique finiatur.



Scapha, seu Tholus Diocleus · XII.

Rectè datur, ubicumque coniungere diducta neceſſe est, uel quod ob diuturnum materiæ curſum ad oculos incisa cutis fuerit, uel quod frons alioquin uulnus acceperit. Obuoluitur autem hoc modo fasciam ab occipitio orsam trahimus sub imfima auricula dextra, uel sinistra prout ab hac uel illa prius ducendum existimabimus, inde ad tempus adiunctum ab eoque transuerſam inter frontem et uerticem, porrigimus ad alterum tempus, inde sub infima auricula ad occipitium, quà caput prius superiniectum adstringimus, dein super aurem fronti circundamuſ, sic, ut ambitus hic, illi subijciatur, qui inter frontem et uerticem procedit, ac uterque e regione alterius ab interiori parte sit resimus, tum quoties opus est, eo modo circumagimuſ.

Injicitur et aliter per duoſ fasciæ ambitus, circa eam suturá quæ ad aureſ per uerticem tendit, sic, ut alter ambitus super suturam sit, alter infra, et uterque ab interiori parte sit remiſſus, inferior autem sursum procedere debet, superior uerò deorſum.



Thais sub incerto auctore. XIII

Illis idonea est quibus quod inter frontem et uerticem est
ac proximas partes conuenit deuincire. Eam sic admoui
to, ubi semiRhombum inieceris, sic tamen, ut fascia frontem
non complectatur ipsá ab occipitio obliquam ad uerticé et fron
tem porrigito ibique conuertito, facitoque ut circa frontem lunæ
figuram imitetur et cornua sursum spectent ima parte sita inter su
percilia: post hæc ab altera parte uerticis ad occipitiú ducito sicq;
circa frontem trahito: huiusmodi uinculú præter eam quam semiRhombus
affert utilitatem, est etiam aliquo modo speciosius.




Glaucii uinculum superimpositum, uel additum. XIIII.

Ad eosdem confert, ad quos uinculum ad caluariam, si
huic magis fidendum. Igitur ubi uinculum ad calua
riam adhibitum est, aliud super iniicito, cui nomen
est lepus sine auribus, ne longum faciam.



Regium: XV.

Idem efficit quod Thais sub incerto auctore nimirum quod inter frontem et uerticem est acxximas partes deuincit, cuius haec ratio est. fasciae quantum satis est dependere à facie sinimus, quodq; ex ea restat, inter frontem et uerticem recta ad occipitiú trahimus, inde conuersam sub ima aure inter frontem et uerticem obliquè ad occipitiú, ab hoc obliquè item ad id contrariae partis, quod inter uerticem et frontem est, tùm per tempus, ac sub ima aure ad occipitium ducimus. deinde caput quod à facie pendebat, ad fronté attrahimus, terque ibi replicamus, sic, ut sinus ad similitudiné graduum se excedant, quos postremò comprehendimus fasciae circa frontem obuoluta.



ſi maxillam fractam uinculum uarium accommodatur quod a parte læſa incipiat, et non multum obuoluatur aut adſtringatur, maxillam enim qui bene alligat, parum iuuat sed qui male multum lædit.

Capiſtrum, quod dimidiatu, uel ad alteram partem dicunt. XVI.

Capiſtrum accomodatiſsimum eſt ubi maxillam seu uulneratam, seu prolapsam seu ob diſtentionem oris, aliumue morbum oportet ab altera parte uinciri, faſcia ab occipitio orſa, obliqua per uerticem, et inter ipsum et frontem per tempus ferri debet ad malas inde sub mento, et ima aure alterius partis ad occipitium deinde sub imis auribus ac mento attracta eodem [illegible]ti, atque ad eandem rationem quoties opus eſt circuire. Tunc uero commodum ita circundatur, quum a superiori parte deorſum deligandum eſt, sin ab inferiori parte surſum faſcia ab occipitio incipiat, et sub imam auriculam mentumque procedat, tum per malas ducatur et obliqua inter frontem et uerticem ad occipitium, dein sub mentum circumagatur, poſtremo frontem ambiat.




Capiſtrum ad utramque partem . XVII .

Ad eoſ pertinet, quibus maxilla uel utrimque suo loco mota eſt, uel alio quopiam tenetur, ex iis quæ dicta sunt in capis tro ad alteram partem . fascia occipitio primum iniecta, obli que per uerticem et inter ipsum et frontem ad malas porri gitur demiſsa que sub mentum, maxillam, et malas ab altera parte amplectitur, inde inter frontem et summum caput, per par tem prius iniectam in speciem literæ . x . ad occipitium re= uertitur, et sub imis auribus, ac mento rursus ad occipi= tium data, nouiſsime frontem complectitur .




Idem ab inferiori parte sursum . XVIII .

Ab occipitio ordiatur, et sub infimam auriculam, ac sub mentum detur ad malaſ, inde obliqui per summum caput ad occipitium tendat, ab eo que sub infima auricula alterius partis, et sub mento demittatur, tum ad malas, poſt hæc obli què inter frontem et uerticem ad occipitium ducatur et fronti poſtea circumdetur .



Idem in utramque partem auctus a superiori parte deorsum. XIX.

Media fascia complecti occipitium oportet, capitaque eius per verticem oblique inter ipsum et frontem porrigere sic ut X. literam repraesentent, deinde per malas sub mentum, et sub imas aures ad occipitium revehi. post haec circa frontem obvolvi et ad occipitium adducta sub mentum demitti postremo ad occipitium per frontem circuire.



Idem aliter. XX.

Media fascia super frontem detur, capitaque eius ducantur ad occipitium ibique figuram accipiant literę. X. post


haec

hac sub imas aureſ ac mentum ad malaſ, inde inter fron-
tem et uerticem obliqua ad occipitium demittantur, tum sub
mentum nouiſsime per frontem circundentur.



Aliter . XXI.

Faſcia media ab occipitio orſa, capita sub imaſ aures,
mentumque attrahenda sunt, tum per malas quod super est
eodem modo obuoluendum quemadmodum in ea, quae proxi
me posita est.



Capiſtrum obliquum ad alteram partem, quo uinciuntur quę iuxtà aurem sunt, & maxillę proceßum . XXII.

Ab occipitio initium ſummat et sub infimam auriculam ad tempus atquè inter frontem et uerticem obliquè ad occipitium, et circa frontem procedat sępiusquè ad eandem rationem circumeat, quo modo procederè debet, quum ab inferiori partè surſum attrahitur . Sin expeditius sit a superiori partè deorſum, ita porrigatur ut incipiat ab occipitio et obliquè per uerticem, et inter ipsum et frontem ad tempus procedat, ab eoquè sub imam aurem ad occipitiũ reuertatur, deindè frontem ambiat .



Junctura ad malaſ ex tribus faſcijs. XXIII .

Una media inter frontem et uerticem inijciatur, capitaquè eius per malas sub mentum demittantur, ab eòquè per malaſ iuxtà prioreſ partes inter frontem et uerticem procedat ibiquè inter sè colligentur : quod si oculoſ quoquè deuincire uolueris, ducatur non iuxta priorem partem, sed per oculoſ, tum inter frontem et uerticem data in speciem literę

terę .x. ad occipitium adducantur: altera faſcia media inter frontem et verticem orſa in utramque partem attrahatur iuxtà oculorum anguloſ temporibus propioreſ, ad mentum, atque ibi nodum accipiat: tertia media medium naſum amplectatur, capitaque eius sub infimis auriculis ad occipitium adducantur, ibique .x. literæ similitudine acceptà per frontem circumeant, et nodo à latere capitis uinciantur.



Longa ad frontem, et regionem, quæ inter supercilia est in faſcia glomerata. XXIIII.

Dari primò super occipitium debet, posthæc recta duci ad frontem et inter ſupercilia deinde ad occipitium reuerti, et postremo per frontem circum agi

Perigenis Galea gladiatoria. XXV.


Aptiſsima est ubi caput, ac malæ pluribus locis uulnus acceperunt. capistrum obliquum ad utramque partem iniicitur dein Glaucij scapha, posthæc ruſum capistrum ad utramque partem. non nulli, ut uinculum hoc elegantius reddant, id capitis ornamentum quod κεφαλὸν appellant, parantes assu=

[illegible] [illegible] [illegible] sive [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] minime [illegible].



Galea alia [illegible] XXVI

Fasciae quod latius est a fronte [illegible] reliquum ad occipitium [illegible] ducatur [illegible] ut totum occipitium [illegible] tota [illegible] et caput [illegible] [illegible] caput quod a fronte [illegible] [illegible] connectendum est et [illegible] per verticem ad occipitium attrahendum.



Lepus auritus . XXVII.

Sic appellant semirhombum ubi laqueus illi accedit, quem auriculas nuncupant, qui uel gladiatoribus decoris causa datur uel ut caput contineat, ubi propter aliquem faciei affectum pertractare id oportebat. Si decoris causa, auriculę breues sint, et in medio frontis, nam sic animalis imaginem referunt, sin ut contineant, in medio similiter, et magnę, ut digiti in eorum sinus coniecti continere caput queant.



Alius ad tempora . XXVIII.

Hac ratione obuoluitur. ex altera parte fasciae laqueus fit pastoralis, uel qui duos habens sinus nominatur (quos sępius in libro de laqueis breuiter declarauimus) et fronti inijcitur, super quem deinde semirhombus uel nauicula circunligatur.



Ad oculum

Simplex oculus, uel tenue uinculum ocularium. XXIX.

Faſciam ab occipitio orſam ducimuſ per uerticem inter ipsum et frontem, inter supercilia, ad oculum, sic, ut ipsum contegat inde sub infima auriculam ad occipitium, poſtremò circa frontem.



Idem ab inferiori parte surſum. XXX.

Ab occipitio initium ſummit, et per ſummum caput, inter ipsum et frontem, inter supercilia ad oculum, tum sub infimam auriculá ad oculú, inter fronté et uerticé agitur, poſt haec ad occipitiú et circa fronté.



duplex

Duplex oculuſ à superiori parte ductuſ. XXXI.

Orditur ab occipitio, et per ſummum caput, atque id, quod inter ipsum et frontem est, ubi sunt supercilia, primum ad oculum, tum sub in ſimam auriculam alterius partis ad alterum oculum, inter supercilia, inter frontem et uerticem ad occipitium, postea circa frontem. Poteſt etiam, si ad rem magis pertineat, initio conuerti et ab inferiori parte surſum circumdari. ~



Duplex in utramque partem ductus à superiori parte deorſum. XXXII.

Media fascia ab occipitio orsa duci ex capite oportet inter frontem et uerticem atque inter supercilia sic ubi b. x. litterae figuram incipiat, tum ad oculos, atque inde sub imas aures ad occipitium circumferri.




Aliter: .XXXIII.

Media fascia ordiatur à fronte, capita ad occipitium den
tur inde ad modum literæ. X. similiteratq; in superiori uin
culo procedat.



Oculus rectus ad alteram partem. XXXIIII.

Orsi ab occipitio fasciam per summum caput et inter ipsum
et frontem directa ad oculum ducimus, inde per eam partem
qua maxilla cum malis committitur sub mentum et sub in-
fimam auriculam ad occipitium et circa frontem.



duplex

Duplex ex eodem ductus. XXXV.

Priuſquam frontem comprehenderit, ab occipitio ad alterum oculum trahi debet, tum rectà, qua maxilla cum malis committitur sub mentum, ab eo'que sub infimam auriculam ad occipitium et circa frontem.



Idem ab inferiori parte. XXXVI.

Fasciam ab occipitio orſam ducito sub infimam auriculã, ab eo'que sub mentũ et qua maxilla cum malis committitur, ad oculũ, inde inter frontem et verticẽ ad occipitiũ, poſthæc sub infimã auriculam, sub mentũ transito, tum inter supercilium super partem prius iniectam ad modum literæ x. inter frontem et verticem ad occipitium porrigito, circa frontem nouiſsimè circundato.



Idem in utramque partem ductus. XXXVII.

Faſcia media non ſecus ac in ea, quę obliqua oculum uinciebat, occipitio iniiciatur, capitaque à ſuperiori parte, uel inferiori attrahantur. poteſt etiam-num media faſcia sub mento incipere.




Naſus non amat uincula uaria peruertitur enim ac ſimus efficitur: ubi faſcia ſuper ipſum plures Rhombos repræſentet. amat autem pannum cum cerato, deinde faſciam.

Funda ad naſum ex quatuor capitibus. XXXVIII.

Scindendum linteum eſt in partes quatuor mediumque integrum relinquendum, qua uincire debet naſum manu. Ex capitibus uero quæ ſuperiora ſunt pendere deorſum oportet inferiora primum ad angulos pergens oculorum temporibus propiores procedere inde inter frontem et uerticem, ad ſimilitudinem. x. literæ inter ſe commiſſa à miniſtro contineri, reliqua duo ſub imas aures ad occipitium demitti ibique literæ. x. ſimilitudine accepta circa frontem agi

et à


et à latere inter se deligari, tumque à ministro tenebantur in occipitio desinere.



Linteum ſciſsum ad Nasum. XXXIX.


Faſcia tantum lata eſſe debet ut naſum complectatur longitudine et duplicata à naribus ad occipitium perueniat.
Orſam igitur ab occipitio recta per verticem et interius ſum frontem ad medium naſum adducimus, et quod ex
ipsa superest à facie ſinimus dependere, quod rectum in
duas partes ſcindimus usque dum uentum ſit ad superius labrum. quo facto alteram faſciolam mediam ab
imo naſo orsam super eam quae ſciſſa pendet à facie in
utramque partem, sub imas aures ad occipitium ducimus
super partem primò iniectam, sic, ut ibi x. literam repreſentet, miniſtroque tradimus, deinde partes ſciſſas à
facie conuertimus ab utraque parte naſi inter ſupercilia,
ut ibi literae x. ſimilitudinem accipiant, ac per ſummum
caput obliquas ad occipitium porrigimus, et cum priori ca=

piti iungimus, super quas deinde capita à ministro con=
[illegible] circa frontem trahimus, sic, ut a latere nono ui=
bula inter se uinciantur.




[illegible] XL

Vna super naſum in longitudinem detur, dimidiaque pars
à fronte dependeat reliqua per uerticem recta ad occipiti
um porrigatur, sed alterius medium dandum est sub imú
naſum, capita uerò sub infimas auriculas ad occipitium fi=
renda, ubi debent literæ .x. similitudinem accipere. poſt
hæc prioris faſciæ quod à fronte pendet, surſum conuer
tendum, et super partem primò uolutam recta per uer
ticem ad occipitium demittendum, quo facto capite
quę ibi literæ .x. figuram acceperant, id com
[illegible]exa, poſtquam fronti circundata fuerint, fi
nienda sunt.



Accipiter ad naſum ex tribus faſciolis .XLI.

Una sub naſo media incipit, cuius capita utrimquę iuxtà nareſ inter supercilia ducuntur ad imaginem literæ. x. inde ad summum caput, ad occipitium dantur, ibiquę continentur: altera media super imum naſum obuoluitur, capitaquę eius sub infimas auriculaſ ad occipitium demittuntur, et ibi inter se, et cum capitibus quę continebantur uinciuntur: tertia media à fronte orditur, et in utramquę partem circundata àlatere capitis finitur.



fascia

fascia glomerata ad idem .XLII.

fasciæ pendere tantum à faciæ sinito, quantum à naribus poßit ad occipitium peruenire, reliquam eius partem rectà per nasum inter supercilia ad frontem et verticem trahito, inde per medium caput ad occipitium demittito, ibi quæ conuersam sub infima auricula ad imum nasum attrahito super partem pen dentem, inde sub infima auricula alterius partis ad occipitiū ducito. ibi quæ contineto: post hæc caput quod à facie pende bat recta super partem priorem uolutam, ac occipitium dato sic, ut à reliqua fascia comprehendatur, quam postremò ci ca frontem adducito et ad occipitium reuersam à latere capitis deuincito.



Amintæ uallum ad Nasum in alteram partem declinatum . XLIII.


fasciam ab occipitio orsam rectà ad summum caput adducito deinde inter ipsum et frontem, atquæ inter supercilia, ab altera nare super imum nasum, ab eo quæ super ima aurem ad occipitium obuoluito, inde circa frontem.

Hippo=

Hippocratis uinculum adducens. XLIIII.

Idem præstat quod proximè positum, sic autem absoluitur. membranula palmę longior accipitur, cuius unum caput glutinè uel gummi illitum naso agglutinatur ab ea partè in qua iacet, altera sub imam aurem ad occipitium adducitur. ab eo ad frontem, qua similiter agglutinatur.

·XLIII·



·XLIIII·




Inter supercilia & nasum

Amintæ uallum. XLV.

Orsi ab occipitio, fasciam obliquè per uerticem ducimus, atquè inter ipsum et frontem inter supercilia, indè à laterè iuxta angulum oculi naribus propiorem, rectà ad proximam narem, indè qua maxilla cum malis committitur, attrahimus, tum sub mentum demittimus, et sub infimam auriculam ad occipitium damus, ab eo'què per uerticem obliquè inter ipsum et frontem, atquè inter supercilia por-

rigimus priori parti aduerſam, in speciem literę. x. posthec à latere naſi ex contraria parte, et qua maxilla cum malis committitur sub mentum atque infimam auriculam, per medium naſum. ad alteram infimam auriculam, atque occipitium: præter hæc nonnulli quoque mentum complectuntur. Adhibetur autem commodißime ubi uel inter supercilia, uel mediũ naſum deligare opus est.




Phaleræ seu uallum. XLVI.

Ab occipitio inchoatur, et oblique per ſummum caput, atque inter ipsum et frontem procedit inter supercilia, inde iuxta angulum oculi naso propiorem, per genam, sub imã aurem ad occipitium, ab eoque per contrariam partem, sic, ut inter supercilia literæ. x. figuram accipiat, tum oblique inter frontem et uerticem, per uerticem ipsum ad occipitium demittitur, deinde sub infimam auriculam

per

per medium naſum atque ~~ad~~ alteram infimam auriculã,
item ad occipitium reuertitur, poſt hæc circa frontem
agitur. Quidam ut ſpecioſius uinculum efficerent, perea
quoque ſuturam quæ ad aures per uerticem tendit circu=
ire uoluerunt. Poteſt etiam si res poſtulat faſcia duci in
utramque partem. huic et ſuperiori eadem uis eſt.



Auri autem fractę uinculum alienum eſſe expoſuit Hip=
pocrates nam si ad minimum quid adſtringitur dolorem
pulſum, et inflammationem affert, uixque ſatis laxum
alligari poteſt: alligatur tamen ob alios uſus.

Ad aures Linteum ſciſſum in quatuor parteſ. XLVII.

Medium auriculam complectatur, ex partibus uero ſciſſis
quæ ſuper auriculam ſunt, ubi x. literæ figuram accepe=
rint, una per frontem, altera per ſummum caput ad occi=
pitium porrigantur tum quæ per frontem procedebat, quia
x. literæ ſimilitudo eſt, attrahatur, quæ per uerticem
ad frontem ducatur, et à latere capitis ambæ inter ſe uin=

ciantur. sed partes subiectæ aduersæ inter se procedat in altera per posteriorem partem. altera sub mentum detur ad occipitium, ibique nodum accipiant.



Linteum scißum in partes sex ad regionem iuxta aurem: XLVIII.


Medium super locum uinciendum iniicimus, ex partibus uero aliis a ceruice dependentibus, aliis super caput collocatis, eas quæ à priori parte sunt inter frontem, et uerticem nodo inter se deuincimus, medias uerò à summo capite et inter se et cum prioribus alligamus, posteriores ad occipitium adductas, ut. x. literam referant, circa frontem agimus sic, ut à latere cuspidis figuratur.

Auris




Auris ex faſcia glomerata XLIX.

faſcia poſt læſam aurem propè occipitium orſa, per ipſum ferri debet, ut ex parte eandem includat, inde inter fron=tem et uerticem attrahi, non longè à fronte, tum per priorem partem propè alteram aurem, ac sub mentum ad aurem af=fectam, deinde inter uerticem et frontem ad poſteriorem partem integra auris, et sub mentum atq; infimam auriculam ad oc=cipitium, inde circa frontem, ac rurſus ad occipitium.



Aliter . L.

Occipitio primum inijcitur, et sub infimam aurem sana inter frontem et verticem ad priorem partem affecti au- ris porrigitur. atque inde sub mentum et sub infimam aurem ad occipitium, deinde obliquè super aurem, post- remo circa frontem.



Funda ad labrum inferius scißa in partes quatuor : LI.

Medium quod integrum est, inijcito super labrum infe- rius, superioreſ verò parteſ ad mentum adducito, atque inde ad occipitium, ibique in speciem literæ. x. altera super alteram excedente ad summum caput, et inter ipsu et frontem attrahito, ministroque tradito, reliquas verò binaſ partes sub infimis auriculis ad occipitium porrigito, atque ad formam literæ. x. ad frontem attrahito, et quæ à ministro continebantur, inter se deuincito.

Eadem ad

Eadem ad labrum superius . LII .

Media superius labrum complectitor, inferiores partes iuxtà angulos oculorum temporibus propiores adducito inter frontem et uerticem, ut ibi x. literæ figuram accipiant, inde ad occipitium demittito, reliquas duas partes sub infimas auriculas ad occipitium attrabito, ibique m-[illegible] aduerſas circa frontem agito, et inter se deuincito.



·LI·



·LII·

Faſcia glomerata ad labrum inferius . LIII .

Orditur ab occipitio, et sub infima auricula fertur ad labrum inferius, ac sub infima auricula reuertitur ad occipitium

Eadem in utranque partem ducta . LIIII .


Media labrum complectitur, capitaque eius sub imas aures ad occipitium attrabuntur, et fronti circumd[illegible].

Alia . LV .

INcipimus ab occipitio et sub infimam auriculam ad labrũ

Faſciam ducimus ab eoque ſub infimam auriculam ex altera parte ad occipitium inde per uerticem obliquam, et inter ipſum et frontem ad tempus porrigimus, ab eoque per malaſ sub mentum ad malaſ ex altera parte, deinde inter frontem et uerticem in speciem literæ. x. inde ad occipitium poſtremo circa frontem

·LII·



·LI·



AD Mentum.

Iunctura ad mentum. LVI.

faſciam ab utroque capite ſcindentes, sic, ut medium quo mentum comprahenditur, intactum relinquatur, inferiores quidem parteſ, recta per malaſ inter frontem et uerticem porrigimuſ, superioreſ per mentum transuerſas ad occipitium attrahimuſ, nodoque inter ſe alligamus, prodeſt autem quibus deuincire mentum conuenit.

Ad humeri

Ad humeri caput cum non poßit dari super membrum in orbem, datur fascia ad alam contrariam.

Spica Glaucij .LVII.

Nomen inuenit à spica, quam suo ambitu imitatur, maximè autem efficit ubi iugulum fractum est, aut humerus excidit: eius ratio est. Hapsus lanæ mollis ab ea par[illegible] enda est alæ subijcitur, donec id cauum compleat, post hæc fascia glomerata, quæ longitudinem, et latitud[illegible] beat proportione eius, quod alligatur, ab altera ala [illegible] cipiens obliqua per dorsum tendit, quà iugulum cum lato scapularum oßi committitur, inde sub ala affecti humeri ad eam partem reuertitur, quà iugulum cum lato scapu[la]rum oßi committitur ita ut ibi .x. literam repræsentet, deinceps obliqua per pectus procedit ad alam integræ partis, inde per dorsum obliqua ad iugulum, ita, ut parti prius obductæ aliquantulum insidat, ab eoque sub ala iterum datur ad iugulum sic, ut secundò similitudo .x. literæ fiat, postremò ad alam integræ partis, atque ad eandem rationem circumagitur.



Eadem media primum iniecta. LVIII.

Adhibita spica brachium figurandum est ad angulum rectum, atque altera fascia media, inuoluendum, cuius capita recta ducenda sunt quà iugulum cum lato scapularum osse committitur atque ibi in speciem literæ x. aduersa inter se ad alam integræ partis attrahenda, post hæc per latera atque affectum humerum circumdanda eatenus, ut omnia includantur, et sub ala sanæ partis finienda.



Eadem in utramque partem ducta. LIX.

Media ala affecti humeri complectitur, et in utramque partem ducta, quà iugulum cum lato scapularum osse committitur, x. literæ figuram accipit, inde obliquæ pars una per dorsum, altera per pectus procedit ad alteram alam, atque ad hunc modum, quoties opus fuerit reuoluta finitur.

Geranis

Gevanis (ita enim appellatur à Gruis similitudine) Hippo=
cratis (sive ut alijs placet) Perigenis. L X.

Iisdem convenit quibus spica, in hunc autem modum obvol=
vitur, ubi spicam injecerimus, semel circa humerum dari fa=
scia debet, inde ad jugulum procedere, tum obliquè ad al=
teram alam, atque ibi desinere.




Funda humerum amplectens, quæ idem præſtat atque Gevanis. L XI.

Spicam adhiberi prius convenit, tum ab ea parte qua jugu=
lum cum lato scapularum oſſe committitur, fasciam semel
rectà ferri ad brachium, quod ad angulum rectum figu=
ratum sit, atque inde versus ad eam partem quà in=
gulum cum lato scapularum oſſe committitur, deinde ad
alam integræ partis, poſthæc humero et lateribus cir=
cumdari et sub ala nondum accipere

Spica duplex quam alij quadrigam dicunt. LXII.

Commodiſſime inijcitur quum utrumque humeri caput male habet. eius ratio hec est, ubi ſpica simplex data fuerit fasciam sub alam uincti humeri demittentes obliquam ducimus ad alterum humerum, atque ad eam partem, qua iugulum cum lato scapularum oſſe committitur, sic, ut ibi .x. literam referat, deinde ad alteram alam atque ad eandem rationem circumagimus.



LXI.



LXII.

Cataphracta. LXIII.

Nomen habuit ad similitudinem Thoracis Romani, quem Cataphractam dicunt. prodest autem quibus deligare iuxtà iugulum conuenit latum os scapularum, pectus dorsum, aut latera, quod uinculi aliqua ex parte dupli cem spicam repreſentat, sic autem obuoluitur. Ale primò circumdatur, tum obliquè per pectus ducitur prope illam regionem ubi iugulum cum oſſe pectoris committitur

inde

inde per cervicem ad latum scapularum os. humeri contrarij, atque ad alam subiectam, ab eaque ad cervices, super partem prius iniectam, ab eaque ad cervices super partem prius iniectam, ita, ut propè cervices similitudo . x . literę fiat, post hæc obliqua datur ad latum scapularum os ex altera parte, atque ad alam, ab ala ad cervices, ut in vertebra colli . x . literæ figuram accipiat, deinceps sub ala, et obliquè propè eam regionem ubi iugulum cum osse pectoris committitur, sic, ut hic quoque similitudo . x . literæ fiat, et iuxta cervices, et super latum scapularum os, et sub ala ut quater . x . literam repræsentet, nimirum semel à priori parte, semel à posteriori, bis propè iugulum. Ad eandem autem rationem quoties opus est, circuit, deinde in orbem attrahitur circa pectus, et latera, sic, ut tota iunctura thoracem referat.



Ad iugulum fractum deligandi ratio ea convenit, quæ

pleriſque cerato pannis, faſcijs mollibus, plurimos autem pannos qua os extat obijciendos eſſe, ac faſcias plurimas qua extat ibique maxime premendum: nonnulli et plumbum alli gant, quod oneri ſit, et deorſum cogat quod extat, non enim ſimpliciter uincire conuenit: ſunt qui cingunt hominem et ubi pannos obiecerint quà fractura extat caput faſciae ad cingulum à priori parte deuinciunt faſciamque è regione iuguli porrigunt ad partem poſteriorem et in cingulum demiſſam ad priorem adducunt. alij non ad iugulum, ſed inter anum et naturale faſciam porrigunt: ſed hæc inutilia ſunt, neque iuncturæ firmiter hæret et alioquin fœda eſt. conſentit cum capite humeri faſcia ad alteram alam demiſſa.

Ad coſtam panni multiplices, latiores quàm ſit attritus locus conueniunt tum ceratum, lintea lata, faſciæ latæ ac molles moderate adſtrictæ orsæ à loco colliſo et [illegible] te in utramque partem.

Ad Alam & pectus.

Eadem in utramque partem ducta. LXIIII.

Sub ala dari mediam faſciam oportet, et in utramque partem ferri ad proximum iugulum, sic, ut propè ceruices x. literam referat, deinde obliquè porrigi ad contrariam alam, ab eaque ad proximum iugulum, ut ibi propè ceruices fiat similitudo literæ x. inde ad alteram alam obliquè, poſtremò in orbem circa pectus.



Vinculum in speciem literæ .x. a dorso et pectore. LXV.

Quaſ proximè posui fasciolæ non rectæ, sed obliquè depen=deant, ita ut tam à pectore, quam à dorſo, similitudo .x. li=teræ fiat, cætera eadem fieri debent, quæ, ubi rectæ adhibentur.



Amintæ Thorax. .LXVI.

Huic et uinculo quod ad alam poſui, eadem uis eſt, sic autem faſciatur. impoſita cataphracta ad utramque partem ducta ubi faſcia eatenus circuierit, ut usque ad umbilicu complexa omnia fuerit, capita inter se uinciri debent, sic ut Lupus laqueus fiat, quod ex his ultra laqueum relinquitur, ad ilia utrimque adductum prioribus circuitibus inseritur, sic ut extremum pendeat, quod quatuor digitorum longitudinem æquet quo fit ut thoracis fimbrias repræsentet.



Thorax ad idem .x. literam repræſentans. LXVII.

Faſciam ilibus primum ad dextram partem iniicito, et oblique per latus, et medium pectus trahito ad humeri caput; ab eo que ad alam, atque iterum ad humeri caput super partem priorem ad effigiem literæ .x. , post oblique per dorſum ad ilia super caput primo iniectum, deinceps per uerticem ad ilia sinistræ partis in orbem circumducito, deinde

per

per dorſum priori parti aduerſam, sic, ut ibi eiusdem literæ similitudinem habeat, ad caput humeri dextrum, poſt hæc sub alam demittito, et rurſus ad caput humeri circumagito, sic, ut ibi similitudo .x. literæ fiat, poſt hæc per medium pectus ac latus obliquè ad ilia sinistræ partis, nouiſsimè in orbem circumdato, atquè ad eandem rationem uoluito, dum quæ liganda sunt, omnia includantur.




[illegible] . LXVIII.

Adbibito uinculo cui nomen eſt Thorax .x. literam repræſentari; debet anguſtior fasciola dari in orbem semel, aut iterum circa pectus et dorſum, et extremo capiti fibula detineri.

Geranis in speciem fiscellæ. LXIX.

Idem potest quod cataphracta, eius autem ratio est. à dorso incipit, et obliquè per scapulas ad eam partem procedit, ubi iugulum cum lato scapularum osse committitur, inde sub ala demissa eodem revertitur, ut similitudinem. x. literæ super eandem commissuram accipiat, posthæc obliqua per mammam ad umbilicum ibique conversa obliquè trahitur ad alteram mammam, atque ad eam partem ubi iugulum cum lato scapularum osse committitur ut ibi literæ. x. figuram accipiat, deinde per dorsum demittitur, et in orbem datur circa latera, atque ad eandem rationem circuit.



Stella à posteriori parte se ostendens. LXX.

Utiliter adhibetur quibus devincire dorsum oportet. sic autem circumdatur. ab ilibus orsa, puta sinistræ partis, per dorsum tendat ad caput humeri dextri, inde ad alam, ab eaque per latum scapularum os sinistræ partis ad alam

atque

atque ad humeri caput, hinc obliquè per dorsum feratur priori parti aduersa, post hæc semel aut iterum in orbem circa ilia detur, eoque ambitu extrema pars contineatur. Eandem quoque sic circumagere licet, ut à priori parte oculis exponatur, id quod fit, ubi non à priori parte sed à posteriori æque circumeat.

·LXX·



·LXXI·



Vinculum quod à fulmine κεραύνιος apellatur. LXXI.

Idem efficit atque illud, quod proximè positum est, fasciam iustæ longitudinis atque latitudinis mediam in longitudinem scindimus, dum recipere caput possit, ex capitibus uero unum à uentre, alterum à dorso patimur dependere: post hæc imponimus id uinculi, cui nomen est thorax .x. literam repræsentans, imaque capita prioris fasciæ scisso in plures partes pendere sinimus.

Ad ceruicem.

Simplex vinculum ad ceruicem. LXXII.

Commodiſsimum eſt ubi res poſcit alteram ceruicum partem alligari, incipit autē a medio latere et per dorſum fertur ad ceruicem et pectus, poſtea ad latus ſuper caput primo iniec ſum uel deinde per thoracem in orbem



Duplex

Duplex. LXXIII.

faſcia primum alę circundari debet, tum obliquè per dorſum ad ceruicem procedere, indè ad pectus et alam atque alteram alam, poſt hæc obliquè per pectus ad ceruicem, ita, ut ibi. x. literam repræſentet, deindè obliquè per dorſum ad alam, ac poſtremò in orbem circumagi, atque ad eandem rationem circuire.



Geranis in ſpeciem fiſcellæ in priori parte ſe oſtendens. LXXIIII.

A latere orſa obliqua per pectus eò ducenda eſt, ubi iugulū cum lato ſcapularum oſſe committitur, indè ſub ala, ab hac eò=dem reuerſa per collum tranſuerſa ducenda eſt ad commiſſuram iuguli alterius partis, cum lato ſcapularum oſſe, deinde ſub ala à priori parte uerſus poſteriorem, ad eandem commiſſuram porrigenda, indè obliqua per pectus, et poſtremò in orbem circa ilia. idem quoque uinculum à poſteriori parte ſe oſtendet, ſi circuitus qui à priori parte fuerant, in pos

teriori collocemuſ et eoſ qui à poſteriori, in priori.



Auriga LXXV.

Vbi ad latera deliganda atque ad thoracem totum injicitur. media faſcia collum comprehendimuſ, capitaque obliqua per pectus attrahimuſ, ibique iter se implicata sub alaſ adducimuſ ad dorſum, ibi rurſus implicamuſ, atque ita donec totum thoracem deligauerint, modo à poſteriori, modo à priori parte implicamuſ, extremaque inter se deuincimuſ, quo uinculo utuntur aurigæ ad latera continenda



Ad Mammaſ.

Aſsuta faſcia ad mammam. LXXVI.

Faſciam cuius longitudo sit proportione hominiſ, duplicamuſ, tum initio facto à medio eius partis, quę duplicatur, suimus deorſum obliquè tendenteſ, deinceps omne id quod super suturam est excidimuſ, ut pilei modo sinus fiat, qui mammam et quod superiniectum est capiat. Vtrũque huius faſcię caput in duo scindimuſ, deinde ab altera parte sinuſ, quę contra suturam est, et ueluti labrum lintei fasciolam latam circiter duos digitos à latere suimus, sic ut alterum caput longius sit, breuius alterum, quę fasciola cingulus dicitur: uinciendi ratio est. Sinus datur ad mammā ut ipsam compræhendat, longius uerò cinguli caput per dorsum attrahitur ad integram mammam, et cum breuiori nodū

accipit. ex capitibus scißis priora duo surſum feruntur ad ceruiceſ, ita ut dexteriori ſiniſtrum, siniſteriori dextrum procedat, pendereque sinatur quibus cum reliquo ſuo capite colligantur.



Glomerata ſascia ad mammam. LXXVII.

Longioris fascia quæ tantum latitudinis habeat, quantum uſus requirit caput in duaſ partes scißum detur uxtra integram mammam, ſascia verò per dorſum obliquè ad uitiatam mammam procedat, ab eaque ad alteram, post hæc super dorſum, inde ad affectam mammam à superiori parte deorſum porrigatur, ut inter utramque mammam x. literæ figuram accipiat, sæpiusque ad eandem rationem circumeat, dum quæ nuda sunt omnia contegantur. extrema verò ſascia ſcindatur tum ſcißæ partes inter se uinciatur altero nodo sub integra mamma, altero supra collocato

Duplex



Duplex in utramque partem humeri, à superiori parte arcuata. LXXVIII.

Huius fasciæ, quæ pectori transuersa circumdatur, altera [illegible] dorsum utrumque humerum [illegible] pectore [illegible] hæc capitibus suis [illegible] ad collum [illegible] ex eo suspenditur illa quæ circum procedit utriusque capita inter se vinciuntur ut [illegible] manui accommodatur.



Vinculum ſuſpendens ſex habens capita . LXXIX .

S [illegible] dentì uinculo quatuor capitum circa mediam suturam , alia [illegible] transuersa aſſuitur , cuius capita cum (ut dictum est) deli[illegible] [illegible] [illegible] tergo inter se uinciuntur , ne aut resolui uincu[lum] [illegible] non [illegible] aut rugosum fieri . Habet autem eundem uſum quem [pr]oximè traditum .



Ad inguen

Ad utrumque inguen . LXXX .

[illegible] ni fasciæ caput inijcito , eamque obliquè per coxa[m] inter anum et naturale attrahito ad inguen ab inferiori parte surſum , deinde iuxta caput primò iniectum ad coxam , [illegible] inter anum et naturale , ad alterum inguen ab [illegible] parte surſum , post hæc infra umbilicum , [illegible] circum agito dum inguen utrumque includatur .

eadem in



Eadem in utramque partem ducta. LXXXI.

Media fascia incipit ab [illegible] capitaque eius ad coxam data, litera x. [illegible] incipiens unum ad inguen alterum ab exteriori parte procedit deinde ambo in unum adducuntur [illegible].



Aliter ad alterum inguen. Lxxxii.

Unum fasciæ caput quod breuius sit. nec duorum uel trium cubitorum longitudinem excedat, ab inguine dependeat, alterum [illegible] glomeratum, per ilia ad coxam detur, atque abdomen, inde oblique ad coxam et inguen circumagatur ab inferiori parte sursum. [illegible] coxam [illegible] ad abdomen, [illegible] caput [illegible] ad inguen sursum conuertatur, sic ut ibi sinus fiat, qui altero capite quod glomeratum est comprehendatur. post hac rursus quod glomeratum est, per inguen et coxam [illegible] ad abdomen, [illegible] primum caput duplicetur a superiori parte deorsum et eo quod glomeratum est comprehendatur ac dum fascia desinat, alterum quidem duplicetur, alterum superdetur, nouissime fibula imponatur.



Aliter ad utrumque. Lxxxiii.

[illegible] ola media lumbos complectitur, capitaque eius ab in

guine

quine, nonſecus quam in iunctura ad alterum inguen, ſinimuſ dependere, tum alteram faſciam à uentre orſam quemadmodum in iunctura ad utrumque inguen circum damuſ, capita uero quæ pendebant, quemadmodum in ſimplici dictum eſt duplicamuſ.



[illegible] .LXXXIIII.

Faſciole media lumbis iniicienda eſt capita quæ eius ſuper uentrem adducta nodo inter ſe uincienda, tum alterius faſciæ glomeratæ caput Zonæ inſerendum, reliqua parſ ad colem data in Zonam rurſus à ſuperiori [illegible] deorſum coniicienda, poſt hæc ſub colem et ad Zonam poſtremo teſticulos complexa in Zonam demittenda eſt.



Aliter. LXXXV.

Fasciola longa fascia caput super totum imponatur circu[illegible] ca ipsum in orbem ductam totum [illegible] deinceps ad zonam feratur [illegible] ad zonam [illegible] [illegible] complexa in zonam demittatur.

Sufficit pictura superior.

Idem

Idem ex faſcia ſciſſa ac Zona. LXXXVI.

Linteum iuſtæ magnitudinis ſcindito in partes quatuor ſic, ut medium integrum relinquatur, quo colem excipito, tum ab altero capite ſciſſas partes in uicinia colis findito, qua fiſſa conijcito partes alterius capitis, cinguloque inſerito, et nodo alligato.



Ad pudenda

Vinculum ad alterum inguen, quod nonnulli dixerunt Cancrum pro inguine. LXXXVII.

Faſcia ab ilibus contrariæ partis incipiens obliqua fertur ad lumbos, deinde ad inguen, quod uinciri debet, ab eoque ad ſummam coxam porrigitur, poſt hæc ad idem inguen reuerſa datur ad regionem quæ ſub umbilico eſt ut x literæ figuram accipiat, ab ea quę ad ilia alterius partis, ſicque circumagitur donec quæ nuda ſunt omnia complectatur, tunc quoque utiliter ſemel in orbem ambit circa lumbos, et infra umbilicū. Prodeſt autem quibus deuincire inguen oportet.




Ad utrumque inguen. LXXXVIII.

[illegible]bi uinculum adhibuerimuſ ad alterum inguen, omiſſo circuitu
in orbem in uinculo ad utrumque inguen fasciam à lumbis attra
himuſ ad alterum inguen, deinceps ad ſummam coxam, ab eaque ad
idem inguen, ut in altero ſimilitudo .x. literæ fiat, deinde ad lum
boſ adducimuſ, poſthæc eatenus hac ratione obuoluimus, ut quæ nuda
[illegible]t includamuſ: ualet ad utraque inguina deliganda, neque abre eſt
ultra propoſitoſ circuitus, in orbem quoque fasciam circu agere.



Junctura ad inguen tuendum. Lxxxix.


Fascia glomerata à capite duodecim interpositis digitis fasciolam aßuere duorum cubitorum oportet, eoque capite super ilia contrariæ partis iniecto, fasciolam rectam à posteriori parte per lumbos et clunes demittere inter anum et naturale, obuolutamque inguini uitiato sursum porrigere, deglomeratamque fasciam bis, terue circumagere, perquem ambitum fasciola attrahitur quasi per nodum ubi uero huiusmodi circuitibus in orbem inguen adstrictum est, fasciola ad summam coxam porrigitur, ab eaque ad idem inguen, et ad eam regionem, quæ sub umbilico est, quo facto ex fascia glomerata circulum fit ad alterum inguen, nodumque accipit sub umbilico. Pertinet autem hoc uinculum ad eos, quibus propter uarices, qui inguen implent manus curatio admouetur.



Assuta iunctura ad anum. xc.

Fascia sumi debet eatenus longa, ac lata, ut huic iuncturæ

[illegible]at, cui ab uno capite altera ualentior fascia, lata cir
citer digitos tres, transuersa aßuenda est, hæc Zonę nomen
inuenit: tum eidem fasciæ interuallo, puta nouem digito
rum a[illegible] fascia transuersa, perinde lata ut Zona, simi
liter aßuenda est, cuius partes utrimque adiuncta [illegible]
nuncupantur: alterum uero caput recta fascia quoad con
[illegible] futuram est scindendum in duo crura. Homo igitur
[illegible] Zona cingatur, recta uero fascia per lumbos pro
[illegible] anum, atque inter ipsum et naturale, eius que cru
ra [illegible] inguina ducta, Zonę inserantur: postea adiuncta
[illegible] in Zonam demittantur, atque ibi cum cru
ri[illegible]antur: quod uinculum sine adiunctis cruribus
nonnulli ad calculosos ubi calculus euulsus esset adhibu
[illegible] nos ob nodorum inæqualitatem reijcimus, ne pars
umbili[illegible]tur. uesica enim inæqualiter com
[illegible] inflammationi obnoxia est. deligamus autem, qui
bu[illegible]sus est, parua fascia quam proxime ad in
[illegible] proposuimus: sed nunc breuiorem rectam fasciolam as
suim[illegible] extremam que scindimus in duas partes. hæc au
tem [illegible]ra illis longe commodior est, quam quæ
[illegible] injicitur. siquidem glomerata fascia in
orbem [illegible]oluta lumbos, et omne id quod sub umbilico
[illegible] extrema que sub umbilico prioribus circuitibus
assuit[illegible]r. ex recta uero fascia quod integrum est ad
[illegible]m et inter ipsum et naturale demittitur, partes uero
[illegible] ad inguina attractæ in priores circuitus immittun
tur [illegible]a uinciendi ratio. calculosis, ubi secti sunt
apt[illegible]ima est.



Scißum uinculum ad scrotum. XCI.

Linteum pro hac ipsa [illegible] longum [illegible] ab utro que capite in quatuor partes diuiditur, sic, ut ab uno breuiores sint, ab altero longiores, deinde à medio uersus breuiores exciditur, donec ubi usus requiritur, coles eo cauo excipiatur. Zonam ergo iniicere primum homini oportet, tumque ex breuioribus partibus lintei medias duas in zonam demißas, intersę deuincire, et reliquas duas in eadem zona coniectas pati dependere: quo facto [illegible] excipi debet scrotumque totum comprehendi integro linteo, ex cuius partibus longioribus duę exteriores scroto inuoluendę sunt, ita, ut dextra sinisteriori, dexteriori sinistra procedat, deinceps in Zonam demißę eo modo quo priores permittendę sunt pendere, reliquę duę mediae scroto similiter iniectę ut dextra

ſiniſterioꝛi, dextrioꝛi ſiniſtra procedat, per ſummas coxas in eandem zonam demittendę, et cum prioribus pa[illegible] [illegible]



nitura ad ſcrotum ex tribus capitibus. XCII.

[illegible]ri extremę faſcię aſſuatur altera media ad imaginem literę T. [illegible]ius transuerſa eſt hominem cingat: quę recta feratur ad ſcro[illegible] ibique eatenus incidatur, quatenus coles ſuo cauo recipiatur, [illegible]xtremaque ad zonam alligetur, ut ſcroti uitijs accomodetur.



Quod

Quod attinet ad membra et propriè ad articuloſ, quæ curuantur ueluti ad poplitem [illegible], aliquibus quæ extenduntur ueluti ad patellam, simplicibus et latis fascijs circumdari debent: nam nisi lata fascia totum articulum complectatur qua tenditur, facilè ſurſum, deorſumuè fertur. atque flectitur neque admittitur, neque seruatur fascia lata. Quam ob rem qua cubitum flectimus, non est quod plurimam fasciam obuoluamuſ, sed fascia primò circumit super ipsum, deindè super brachium & humerum.

Fascia glomerata ad Cubitum. xciii.

Incipit ab imo humero in uicinia cubiti, atque in orbem circumagitur, posthac obliqua ducitur per priorem cubiti partem quæ [illegible] sedet, post brachio in orbem obuoluto obliqua ad humerum reuertitur sic ut priori parte cubiti. x. literam repræſentet, sic autem circuit, donec tangantur quæ nuda sunt, et ubique à latere nodum accipiat. Illud autem commune est humeri, brachij, alteriusuè membri uinciendi, quod fasciæ in orbem ferri debent, cum eo ut interdum etiam obliquè procedant, quo uinculum firmius hæreat. huius uerò fasciæ extremitas uel inferioribus aſſuenda est, uel angustiori fasciola uincienda est, aut in duo capita scindenda, quæ ab altera membri parte nodo inter se alligantur.



[illegible] orbem quidam adiiciunt sub auctore Hippocrate. XCV.

[illegible] ratio est ut fascia super aliquod mem
brum pluribus circuitibus in orbem ambiat, recte autem iniici
tur ut membrum contineat quod in suum locum restitutum
[illegible] uerò pertinet ad corporum, quæ abſceſſerunt, glu
tinationem [illegible] quæ ad [illegible] sedi
ationem pertinent, abscedentium enim ore in inferiori
parte sito fascia à superiori parte deorſum procedit
[illegible] humores excernantur [illegible] quæ abſceſſerunt a
[illegible] alteri insidat ut glutinentur: sed si ulcus supe
rius sit. ut materia ab inferiori parte ſurſum sub uin
[illegible]o excernatur: ubi uerò abſcedentia corpora trasuer
sa sint, fascia ab ipsis circumdetur uerſus os, ut
humor [illegible]

Ad manus



Ad manuſ.

Menecrati uinculum ad parteſ extremas: XCVI.

Ab extremo brachio propè manum orsi, ubi fasciam ſemel in orbem duxerimuſ, obliquam attrahimuſ per primam palmæ partem, deinde per palmam ipsam circumcingimus priori parti aduerſam, ita, ut ad primam palmę partem reuertatur, propè ipsam prius. x. literæ similitudine accepta, atque ad eandem rationem obuoluimuſ, dum quæ nuda ſunt contegantur. Adhibentur autem utiliſsimę ubi et primam palmæ partem, et palmam alligari neceſse sit.



[illegible] XCVII.


Angustioris fasciolæ, cuius latitudo exempli causa, digitum æquet, capite super primam palmæ partem imposito ipsa per palmam attrahenda est, et ab inferiori parte uersus exteriorem obliquè ad pollicem adducenda, tum circa ipsum ab inferiori parte obliquè porrigenda ad primam palmæ partem aduersa parti prius iniectæ sic ut super exteriora pollicis x. literam referat, atque ad eandem rationem eatenus uoluenda ut omnia complectatur, nouissimèque circa primam palmæ partem data finienda est. commodissimè autem [illegible] ad [illegible] pollicem [illegible].



Iunctura ad primam palmæ partem. XCVIII.

Quæ à prima parte palmæ obliqua uersus palmam ducatur, et inde per palmam ipsam transuersa, postremo in orbem circa primam palmæ partem, ut quibus sanè ipsam uincire uolumus, accommodetur.

Vinculum



Vinculum oppoſitum .xcix.

A prima parte palmę incipiens, poſt ipsam obliquè circa polli=
cem obuoluitur, tum obliquè à priori parte manus ad pri
mam palmę partem porrigitur, ibique in orbem attrahitur
ut uinciendo pollici aptetur.



Vinculum ut in palestra uncinum C


Exhibito [illegible] opposito fasciam [illegible] obliquè
prope primam palmæ partem versus digitos [illegible]
deinde in orbem circa indicem, post hac obliquè [illegible]
[illegible] inicite prope primam palmæ partem [illegible]
idemque facimus circa reliquos digitos ut illis idoneum
sit [illegible]bus tam quod prope primam palmæ partem versus
digitos sit quam quod post digitorum articulos, uinciri debet.



Rhombus ad medium membrum CI.

Fasciæ caput membro iniicimus, eamque [illegible] obli-
quam ducimus, posthac in orbem, deinde aduersam parti pr[illegible]
[illegible] obuolutæ, atque ab altera parte in orbem, ut ad eas
[illegible] conferat, quibus carnis quoque uinctus
[illegible] sit.

Ad



Ad crura.

Rhombus multiplex ad unicum membrum. CII.

Super extremam unius membri partem fascia imponitur, et per ipsum æquis intervallis, quasi in cochlea serpit, usquè ad alteram extremitatem, quam in orbem complexa, obliquè circuit, et in orbem datur, adversa parti prius iniectæ, certa servans intervalla, ut ijs quæ comprehendit, accõmodetur.



Fascia habena .CIII.

Ordiatur summo membro, obliqua per medium ad imum [illegible] tur et in orbem circa ipsum ulcus [illegible] post [illegible] inde adversa ad summum revertatur, et iuxta eosdem circuitus ambiat, ut eas partes fideliter contineat, quae recenti illo agglutinatae sunt.



Rhombus equalium crurum .CIIII.

Tradita iunctura haec est ad femur ubi id aliqua parte ulceratum sit, et adiunctae partes abscedant, cuius ratio est. Ab inferiori parte ulceris fascia in orbem circuit inde obliqua ducitur à latere ulceris, et rursus in orbem a superiori parte ulceris attrahitur tum obliqua ad imaginem literae x. deorsum demittitur, deinceps convenienti intervallo bis iuxta ulcus obliqua porrigitur, semel ab inferiori parte sursum, semel à superiori deorsum, ita ut bis litera x. repraesentetur, et in medio rhombus superni-

cus

cuſ collocetur, quo per medium interuallum nudatum humo-
reſ excernantur. Circuit autem ad eandem rationem donec
quæ nuda sunt excipiat, eoque fit ut quæ abſceſſerunt, sub
uinculo quasi sponte sua ad glutinationem ueniant, nu-
datoque ulcere, quicquid humoris collectum eſt effundatur.



Rhombus inæqualium crurum. CV.

Vbi proximum membrum inieceris, requirit quod nunc proponitur,
ut faſcia per uulnus feratur etiam obliqua. eo usi sunt quibus
operiendi quoque uulneris conſilium fuerit.



Ascia .CVI.

Scribunt qui huiusmodi iuncturam adhibuerunt, ipsum utiliter iniici, quibus uulnerato femore proximæ partes diducuntur. sic autem iniici debet. uoluenda sub uulnere fascia est in speciem asciæ sic, ut pars gibba deorſum, sima surſum spectet. deinde super ulcuſ iterum in speciem asciæ priori aduerſæ circumagenda est, atque ad eandem rationem attrahenda, dum quæ nuda sunt contegat, ab inferiori parte surſum, et à superiori deorſum procedens, interdum etiam per ulcus ut ipsum operiat:



Vinculum à latere .x. literam repræſentans. CVII.

Fasciam imo femori in orbem prope genu circumagimus, tum obliquè ducimuſ, et rurſus parti prius iniectæ aduerſam attrahimuſ sic, ut à latere genu literæ .x. similitudinem referat, eodemque modo circumducimuſ. Potiſsimum autem pertinet ad eos quibus genu in alteram partem lapsum uel

conditum

conditum est. repreſentanda uero .x. litera est ab ea parte inquam excidit.



Ad pedem

Ad calcem. CVIII.

Circumagenda fascia est circa talos in orbem, inde a posteriori parte ex uno latere nerui lati obliquè ducenda ad alterum latus, tum circa calcem uoluenda, ab eoque ad superiora pedis porrigenda atque ad eandem rationem circũdanda, ualet autem ad calcem alligandum.



Ad talos. cix.

Faſcia super taloſ datur, inde obliqua ad superiora pedis porrigitur: post hæc sub plantam demittitur sic, ut ad superiorem partem reverſa .x. literæ similitudinem referat, alligata vero planta circumducitur in orbem. Valet ubi vincire talos oportet.



Spica ad plantam. cx.

Faſcia in orbem magnum digitum complectatur, ab eo'que per plantam procedat circa taloſ, inde obliqua revertatur ad plantam sic, ut non longe a minimo digito, similitudo .x. literæ fiat, post hæc ad superiorem partem pedis intendat, et ad eande rationem circumeat. maioreſ vinculum hoc ad magnum digitum deligandum memoriæ prodiderunt: nobis vero supervacaneum videtur digitum alligare ad plantam, atque ad taloſ abunde enim existimamus si cum digito, et planta pars pedis superior vinciatur (quemadmodum propositum est in digitis manus).

Calceus



Calcei · CXI.

fasciam primò talis inijcimus, tum per ipsoſ aliquam ducimus ad plantam, ab ea quę ad alteram partem talorum obliquam attrahimuſ, postremò circa crus in orbem porrigimus ut illis accõmodetur, quibus deuincire taloſ conuenit.



Ad calcem. CXII.

Fasciæ caput sub talis iniicito, eaque circa ipſoſ oblique ad plantam demittito, tum oblique circa calcem et in orbem iuxta taloſ adducito, ut illis aptetur quibus obligare calcem uolumuſ.



De usu quem præstant fulcimenta Cap. VII.

Expositis uinculis, proximum est ut ad fulcimenta pergamuſ, maximum enim est in utrisque consortium, cum non solum sibi mutuam operam præstent, ita ut uinculo contineantur fulcimenta, fulcimentis uincula: sed utraque et inseruiant agentibuſ, et ipsa per se agant: id quod cum supra de uinculis satis ostensum fuerit, demonstrari nunc de fulcimentis debet: agunt enim hæc quatenuſ motum prohibent: inseruiunt quatenuſ uinculum continent. uocantur autem ab Hippocrate in fine tertij libri de officina medici ἐρείσματα quæcumque ad fulciendum adhibentur, sicuti στηρίγματα quæcumque ad firmandum quamquam pro eodem, et hæc et illa plerumque usurpantur. Si quando autem distinguuntur, fulcimenta pro illis accipi

untur

untur, quę dantur ad prohibendum motum uoluntarium, et uinculis ferè continentur: firmamenta magis coërcent motū naturalem pulſus et palpitationis, ac ferè soluta relinquuntur. Sed plerumque confunduntur, cùm et firmamentis utamur ad prohibendum motum uoluntarium, et fulcimentis ad coërcendum naturalem: et utraque interdum alligemus, interdum soluta relinquamus: non ſolum ad propositos sed alios quoque usus adhibentes, quos nunc exponere operæpretium est, si antè illud prædixerimus, quod de utrisque simul nobis sermo erit: fulcimenti enim nomine firmamenta quoque complectemur. Multiplex igitur est eorum uſus, quem tamen ad triplicem referemus, cùm uel motum coërceant, uel attollant, seu sustineant quę decidunt, uel coniungant quę diducta sunt, ac separata, quos si diligenter exponamus, constabit quemlibet alium, ad aliquem ex propositis pertinere. ut autem ordiamur a motu quem fulcimentis coërcemus, hic uel naturalis est, uel uoluntarius: naturalis non est situs in nobis, sed necessarius, quemadmodum motus cordis, et arteriarum, qui licet uideatur ad facultatem uitalem, non ad naturalem attinere, dicitur tamen naturalis, quatenus necessarius est, non uoluntarius. propriè autem naturalis motus est ille, quem præstat uis expultrix, ut in singultu in tuſſi, in sternutamento,: quamuis musculi etiam concurrant. ab expultrice proficiſcitur motus quoque palpitationis, motus intestinorum, quę distenduntur à flatu. Coërcemus igitur fulcimentis eiusmodi motus ubi uehementiores sunt, et dolorem afferunt, firmamus enim caput, quum arteriarum pulsu dolet: adstringentes enim coërcemus earum motum uehementem

firmamus thoracem et præcordia in palpitatione cordis, in
tussi singultu sternutamento. tensione à flatu: minus enim
mo[ue]ntur hæc quum fulta sunt, minusque dolent. neque ita
concutiuntur. Cohibemus etiam fulcimentis motum volunta
rium quemadmodum in membris fractis cum fascijs: quæ
ubi restituta sunt, veremur ne sub motu peruertantur: ne
que enim tenentur ex toto immobilia, sed ab inscijs, ut à pu
eris sæpe agitantur tum ab alijs uel imprudenter, uel ob ne
ceßitatem deijciendi aut sternendi lectum. quamobrem tunc
f[ulcime]ntis eiusmodi motum coërcemus, à quibus simul etiam
continentur uincula iniecta. ut mox demonstrabimus. Au
rigæ etiam et qui equorum cursu concutiuntur, fulcimen
tis firmant latera et uentrem quo remittunt eiusmodi concus=
sus, qui licet præter uoluntatem sit, uoluntarium tamen mo
tu[m] coërcet. Alter usus fulcimentorum spectat ad attollen
da [et] sustinenda quæ decidunt: decidunt autem uel fasciæ,
uel partes nostri corporis. Ut sustineantur fasciæ in membris fractis, pannis
et ferulis fulciuntur in quouis membro, sed propriè in ijs, quæ
extremitate tenuantur (ἀπόξυ nominat Hippocrates) ueluti
crura, pannis extremitatem æquamus ut uinculum firmetur,
ac melius hæreat: inter cubitum et latus multiplex pannus
demittitur ad sustinendum humorem simul et uinculum:
sed partes solæ sustineri fulciamentis debent, ne decidant
peruertantur, aut glutinentur. nasus fractus, nisi demittan=
tur intus fulcimenta, decidit sua grauitate, ac simus effici
tur. sustinentur quoddam partes ne agglutinentur ac co
alescant, ueluti præputium cum glande per canalem plumbeum
quo eodem prohibetur coalescere intestinum rectum, ubi
extremum

extremum perforetur: fistulæ os ne coalescat, reliquis partibus seiunctis efficimus eodem plumbeo canali. Tertium fulciendi usum spectare diximus ad coniungenda ea quæ diducta sunt, ut partes quæ in sinibus abscesserunt, in oras ulcerum hiantes, fulcimentis enim commodè interse commissa continentur quæ dehiscunt: quem usum apertè nobis demonstrauit Hippocrates in fine tertij libri de officina medici. sed satis de usu fulcimentorum in uniuersum: spectemus nunc res quibus utimur ad fulciendum. quam uim quæque habeat speciatim.

De rebus quibus utimur ad fulciendum. Cap. VIII.

Multa et uaria sunt quæ ad fulciendum nobis inseruiunt, ueluti fascia, lana, linamentum, stupa, gossipium, spongia, linteum, ceruical, ferula, canalis, solea, tabella, surculus, plumbea fistula. ex quibus aliqua propriè pertinent ad certos locos atque affectus, aliqua communia sunt multorum. agemus autem de unoquoque sigillatim, ostendentes quale esse debeat, et quam uim habeat. Fascijs utimur ad fulciendos uarios locos, atque affectus, complura enim præstant cum alligent fulcimenta: id quod propriè pertinet ad uincula, sed ipsa quoque fulciunt, ac prohibent motum tam naturalem, quàm uoluntarium: quamobrem caput cum dolore, et pulsantium sensu tentatur, à mulieribus etiam quæ experimento id comprobarunt, uitta circumdatur, qua arteriæ adstringuntur, minus liberè pulsant, et minorem dolorem cient. Thorax ubi tussi et palpitatione cordis uexatur, lata fascia comprimitur, ut minus eo motu offendatur. Præcordia ubi palpitant fascia similiter adstringuntur. Cingebat Rusticus ille

quem commemorat Galenus arcte uentrem, quum in dolore co-
lico intestina flatu distendebantur. Fulcimus etiam fascijs ad
prohibendum motum uoluntarium nam ubi fractum aut luxa
tum humerum restituimus, lata fascia alligamus ad latus.
eadem causa est cur Aurigę. atque Equites fascia thoracem
et uentrem adstringant: consilium enim est propulsare con
cussum, qui eiusmodi motum uoluntarium consequitur. Con
ditiones seu animaduersiones necessariæ in deligendis fasci
is idoneis ad fulciendum, non alię sunt, quam quę supra
expositę sunt quum de instrumentis ad uinciendum aptis
et proprie de fascijs ageremus. Lana item uarias partes
fulcit ob uarios casus: ponitur enim ad coercendum pul
sum in capite datur et ad thoracem, ad pulsum cordis co
ercendum: datur ad crura ad pedes, ut quod fractum, et
luxatum fuit, etiam compositum est firmet, ne a motu uo
luntario deprauetur, subijcitur etiam pila ex lana ubi hu-
meri caput ante luxatum repositum fuerit demittitur enim
in alam, ne permittat ipsum rursus excidere. Debet autem
esse lana mollis ac bene carpta: sed pro lana licet uti stupa,
linamento, goßipio, spongia. Adhibetur et linteum, seu
pannus multiplex ad fulciendum, ex quo fiunt σπλῆνες: sic
enim appellantur ab Hippocrate eiusmodi panni in figuram
splenis conformati: recentiores splenia nuncupare solent.
Dantur igitur ad naturales motus cohibendos, ut pulsum, pal
pitationem, sternutamentum, tußim: dantur et ad prohiben
dum motum uoluntarium in fractis, et luxatis, ubi sustinent
etiam fascias primo iniectas, ut firmiter teneant quod al
ligatum est: æquant etiam partes quę in extremitate tenu

iores

antur, nec fascias desinere patiuntur, aut nimis uinculum relaxari: coniungunt et labra oris diducta, et sinus agglutinari cogunt. Sint autem qualitate molles, numero ac magnitudine tot, et tanti, ut affectibus, ac partibus quibus iniyciuntur optime conueniant. Pro panno multiplici iam dicto adhibent recentiores medici puluillos ex linteo duplici, quod medium infarctum sit stupa, lana, goſsipio, aut pluma. Fouent hi ac melius hærent, sed minus firmiter quam splenia iam dicta. Ceruical magnum est sed eodem modo conficitur, et ex eadem materia ac puluillus. cohibet autem motum naturalem palpitationis, et pulsus cum datur ad præcordia, cohibet motum uoluntarium, quum in ipsum, tanquam in canalem demittitur os fractum, quumque capiti subyicitur, et ceruicibus, unde Ceruical est appellatum. Quod si fouere simul et firmare opus sit, optime adhibetur sacculus ex millio calefacto. Sed fulcimenta hæc ad modum communia sunt, cum ad complures partes, atque affectus admoueantur. Sunt autem alia, quæ ad proprios locos, atque affectus accommodantur: ferulæ, quæ potissimum eo spectant, ut sustineant, ac firment fascias, et pannos quibus fracta membra, et composita obuoluuntur, ne peruerti poſsint: ualent etiam ad luxata, quum restituta sunt: atque ad diducta, ut firmitatem uinculi præstent. reyciuntur autem in his casibus, ubi adiunctum fuerit ulcus; si quando tamen dentur, non imponuntur e regione eius; sed hinc, uel hinc; aptantur uero membris dumtaxat ut cruribus et brachys, nam thorax, uenter, caput ferulas non admittit: firmantur enim hæ partes pannorum multitudine. Sunt autem ferulæ

quasi laminæ, quæ duorum latitudinem digitorum æquet et longitudinem membri cui dantur, ita tamen ut breuiores sint, quàm ut ad articulum perueniant: uocantur ferulæ, quod ab antiquis ex ferulis conficerentur: commodè etiam fiunt ex ligno leui quod facilè flectatur, ut ex salice, palma, harundine, pinu: commodissimè nunc præsto sunt ex fago, nam ex talibus, pelle aliqua tectis, fiunt ensium uaginæ. Suntqui ex corio cocto eiusmodi laminas conficiunt. Ex quacumque autem materia fiant, leues sint ne onerent, facilè flectantur ne premant, resimæ sint, hoc est leniter derasæ, et non æquabiliter crassæ: crassiores sint super sedem affectam, alibi tenuiores, quoniam magis urgere oportet affectum locum, quàm alios, ut supra etiam diximus, qua de ratione uinciendi. ~

Canalis etiam ad quosdam locos, atque affectus accommodantur, ut ad fracturam cruris, ac femoris, cuius uim facilè intelliges ex uerbis Hippocratis secundo libro de fracturis, quum inquit. De canali qui fracto cruri subijcitur, incertus sum quid dem consilij, subijci necne debeat: prodest quidem, sed non quantum existimant qui illum admouent: non enim quiescere cogit, ut arbitrantur, nam neque si reliquum corpus in hanc uel illam partem conuertatur, prohibet canalis quominus sequatur crus, nisi ipse homo caueat, neque item prohibet quominus sine corpore crus in hanc uel illam partem moueatur: sed et subiectum lignum immite est, nisi molle quid in ipsum indant, est tamen commodissimum quando uel sterni lectum, uel desidere hominem oportet. Licet igitur cum canali, et sine eo curationem benè uel malè admouere.

uulgo

uulgo sibi perſuaſum habent, medicum magis culpa uacare, si canalem subijciat, quamquam res minus artificioſa est: crus enim rectum prorſus iaceat oportet, et super plana ac molli aliqua re. hactenus Hippocrates. Est autem canalis ab exteriori parte teres, ab interiori cauus, ad exemplum fictilis canalis, qui tectis ad excipiendam pluuiam subijcitur. Parentur autem canales à medico complures, ut qui singulis hominibus aptentur, præsto sint. Sint autem uel fictiles, uel ex ligno aliquo molli, ut ex Tilia: inseratur lana, aut pannus in canalé, ut crus molliter contineatur: ad pedem sit aſſer erectus, obuolutusque panno similiter, aut lana, qui pedem deorſum ferri non patiatur. Cauere autem oportet, ne breuior accipiatur, quod idem Hippocrates monuit tertio libro de fracturis, ubi de femore tractat: nam si quis femori canalem subijciat, breuiorem quam ut ultra poplitem pertineat, noxam magis, quam opem afferet: nam prohibere non poterit quin corpore, aut crure moto femur atque id moueatur: popliti item infestus erit ubi adhibeatur, cogetque id fieri, quod minime est opus: minimè namque opus est curuari genu, omnia enim deuincti cruris ac femoris uincula neceſſario mouerentur, si quis genu curuaret, neque fieri poſſet quin muſculi aliò, atque alio modo figurarentur comminuta uel oſſa dimouerentur. In primis igitur danda opera est ut extendatur poples: uidetur autem femur in eum canalem utiliter conjici, quia coxa ad pedem est: detur item fascia lenta iuxta poplitem cum canali quo modo et infantes in uoluuntur in cunis: sic enim ubi femur in superiorem partem, siue in latus uertatur, cum canali alligatum melius continebitur. Cana=

lis igitur uel totum excipere crus debet, uel nullo modo adhiberi.

Jam uerò Glossocomum pro canali etiam utilius adhibetur: uocatur autem hoc nomine ab Atticis Arcula illa, in qua seruare homines solent, eas res quas in precio habent, et scripta quæ recondi uolunt, qua nonnulli ad itinera utuntur: sed Glossocomum quod cruri subiiciendum est, longius esse debet, et angustius: latitudo enim calcaneum excedere debet et crassitudinem cruris, quatenus inseri lana possit ut crus firmetur, pariter, ac molliter contineat, ita ut loci angustia non patiatur ipsum moueri in dextram uel sinistram partem. Commodum est hoc machinamentum, ubi desiderem homo debet uel ad lectum alterum transferri, uel illud in quo iacet sternatur: hac enim causa potissimum admittitur. adiecerunt nonnulli ad imam eius partem lignum rectum, lana super data ut pes extremus moram habeat, ne homo uidelicet crus ad superiora attrahat uel ad inferiora demittat, ad superiora enim ferri uinculum non patitur, ad inferiora lignum quod plantæ adiicitur. Verum ut hæc à medicis stabilia præparentur, non tamen prohibetur motio articulorum, cum languens possit articulum tali, ac genu paulatim dimouere: de coxæ enim articulo nihil attinet dicere, cum nec à uinculo, nec à Glossocomo comprehendatur. Sed structuram Glossocomi insequentibus subiiciam, ubi ueniam ad distentionis operam, et proprie ad machinamenta, quibus quæ contracta sunt, distendimus: nunc paucis quæ supersunt fulcimenta exponam. Adhibentur igitur soleæ ad fulciendum pedem luxatum, ex pelle non multum dura, aut ex plumbo ad stabili=

bilienda iuncturam, debet autem continere ipsam totam ita, ut carnes non comprimat. Calcei uerò è plumbo instruantur, qui super iuncturam obligentur, ad eam formam, qua chię crepidę, inquit Hippocrates: ubi autem ad calceos ueniatur, aptissimi sunt, qui per loca luto plena gestari solent: uenitur autem ad calceos, quum confirmata fuerit pars, ne ad priorem deprauationem iterum reuertatur, hoc calceamenti genus, pedem coërcet, et minime ab eo coërcetur. Tabella ad brachium plana, ac leuis adhibeatur, perueniatque à manu ad cubitum subiecta aliqua re molli, sic enim motum prohibet, et unculi firmitatem pręstat. Surculus ad digitum idem efficit quod ferulę ad membra: prębet enim firmitatem. Canalis ex plumbo agglutinationem prohibet, ac diducit quę coniungi non expedit, sit autem leuis, et eatenus magnus, ut aptetur loco cui datur.

Quę sint res quibus utimur ad fulciendum et quem usum habeant abunde in superioribus monstrauimus: sequitur nunc ut tradamus rectam rationem adhibendi, quam primò generatim exponemus deinde speciatim persequemur in singulis fulcimentis. Generatim igitur animaduersiones quę ad fulciendum pertinent bipartito distribuuntur, cum uel ad fulcimentorum delectum, uel ad eorundem admotionem referantur: in delectu attenditur materia, quantitas, qualitas. Quod attinet ad materiam, alijs casibus atque affectibus conuenit linteum, alijs lana, alijs spongia, alijs lignum, aut metallum, ut in superioribus demonstrauimus: quamobrem ex ea materia conficere fulcimenta oportet, quę maximè unicuique affectui, ac parti aptitur. Sub ala optimè

De ratione adhibendi fulcimenta. Cap. VIIII.

ponitur pila ex lana, ut prohibeat humorem repositum iterum excidere: ad ulcus hians optimę dantur panni, seu splenia: ad pulsum in capitę coercendum apposita fascia est: ad fracturam cruris canalis aut Glaßocomum ex ligno, aut Cervical: ad præputium nę cum glandę agglutinetur canalis ex plumbo. Dę quantitatę autem scirę licet et numerum, et magnitudinem, sivę longitudinem, sivę latitudinem, sivę craßitudinem spectes, tot et tanta eßę deberę fulcimenta quot et quanta propositis uitijs ac partibus aptentur. alia enim fascia fulcit caput, alia præcordia, plurimumquę interest inter huius atquę illius longitudinem ac latitudinem. Splenia quibusdam locis plura quibusdam pauciora conueniunt, quibusdam item craßiora, quibusdam tenuiora. Qualitas quod ad figuram attinet non eadem accommodatur [illegible] æquę [illegible] tam. nam panni exempli gratia qui dantur ad ulcera hiantia, triquetri eßę debent, qui ad æquanda membra quę in extremitatę tenuantur quadrati. Sub qualitatę comprehenditur etiam color: nam lintea exempli gratia alba eßę debent, cætera sui coloris, ut ligna, metalla, spongiæ. In fulcimentis quantum fieri potest attendenda est mollicies, leuitas, mundities, quæ similiter ad qualitatem referuntur. Sed quum delectus iam habitus est fulcimentorum, superest ut quæ diligimus commodę admoueamus: qua in rę maximè attenditur tempus, locus, et modus admouendi: tempus uarium est, quædam statim dantur à principio ut panni ad fracturam, quædam processu temporis, ueluti ferulæ, quum iam transiuit inflammationis suspicio: at nequę eodem temporę remouenda sunt fulcimenta

cimenta imposita, sed tantùm ubi suum munus pręstiterit, quod quibusdam citò euenit, quibusdam tardius: idcirco quædam diutius continentur, quædam breuiori tempore. At neque locus idem est, cùm aliquando dari debeant superse=sim uinciantur, ueluti ad fracturam simplicem aliquando bine uel bini, ueluti ad illam cui uulnus quoque accesserit: aliqua item se contingere debent ueluti panni: aliqua medi-um locum interiectum postulant ueluti ferulę. Modus ido=neus admouendi potissimus spectat ad uinculum, nam quædã soluta dantur ut sacculi puluini, quędam alligata ut pan=ni et ferulę: rursus quæ alligantur non æqualiter ad=stringuntur, sed aliqua magis, aliqua minus, magis qui=dem quæ cohibent motum, ut pulsum, et palpitationem, minus quæ uincula prius iniecta firmant: tum alibi magis, ut super fracturam, alibi minus, ut alijs partibus coarctari debent. hæc de ratione fulciendi in uniuersum, quæ pręs tat nunc speciatim persequi, primò in fascijs quæ linteę ac=cipiuntur, tot numero, ac tantę longitudinis, ac lati=tudinis ut alligando loco aptentur, tum molles, albę mundę quemadmodum antea dictum est, quum ageremus de uinculis. Dandę autem sunt quo tempore requiritur opus ab ipsis præstandum, et quo tempore maximè requi ritur, eatenusque adstringendæ, quatenus eiusmodi munus postulat. Panni ex quibus fiunt splenia magis uel minus multiplices accipiuntur, pro ut, uel magis, uel minus urgere oportet: magis enim urgent, qui magis multiplices sunt: habeant autem latitudinem trium, uel quatuor digitorum hominis qui curatur: longitudo eorum qui ad firmandas

fascias dantur uinculi longitudinem æquent, aliorum qui ad fracturam cum ulcere adhibentur, tanta eẽ debet auctore Hippocrate ut paulo breuiores sint quam ut bis fractum membrum complectantur, multo longiores quam ut semel: nam sic ubi membrum simplex complexi fuerint, ex eorum capitibus alterum alteri superimponitur ad figuram literæ x. ad complenda uero membra quæ extremitati tenuantur, longitudo tanta eſſe debet, quanta membri craſsitudinem amplectatur: nam si longiores eſſent, capita interse insiderent, et uinculum inæquale redderetur, ac laxum: si breuiores eſſent, maneret locus inanis, et uinculum inæquale, atque instabile. Sint item panni tot numero, quot res postulat, nullo spacio inani inter eos relicto, ubi æquanda sit pars quæ extremitati tenuatur: sed ad firmandas fascias tot accipiantur, quot contineant, et non urgeant. Qualitas uero eadem eſſe debet, quæ in fascijs circa mollitiem, albedinem, munditiem: sed figura sit ad similitudinem splenis, unde splenia dicuntur, uel triquetra aut quadrata, ut supra etiam monstrauimus: adhibeantur sicci ubi ad agglutinandum dantur: sed ad fracturas et uulnera madefiant cerato liquido, aut uino nigro austero, ut inflammationem prohibeant. tales ubi parauer is pannos, potes quouis tempore adhibere, conueniunt enim à principio ad finem curationis. Locus proprie sit quà uitium urget, ibi enim craſsiores dari debent: ubi autem æquare membrum oportet, adhibeantur ab inferiori parte craſsiores à superiori tenuiores: ita autem cohærere interse debent, et nullum inane spaciũ relinquant: reli

quis

reliquis datis unus postremò magnus super iniicitur, qui cæteroſ contineat, ac firmet: cavere etiam oportet ne semel subito iniiciatur, sed paulatim ac distinctè, sic, enim firmius continent: ubique verò alligari fascia debent, primò deorſum tendente, deinde sursum lata: sed et pluribus faſciis, aliis à dextra parte, aliis à sinistra, plerisque ab inferiori ad superiorem ductis, aliquibus etiam à superiori ad inferiorem: adstringantur hæ magis quà vitiū est, prope articuloſ laxiores sint. Lana accipiatur mollis, bene carpta, tanta ut aptetur loco fulciendo: figuratur hæc variè. aliquando enim in speciem pilæ, veluti quum demittitur sub alam, aliquando in speciem circuli, quemadmodum ad calcem: eadem ratio est Stupæ, et Goßipii. Spongia deligatur mollis, incisa qualem deligere solet Hippocrateſ, nam sic non præmet, et æquabitur, ac plana fiet: magnitudo et figura ea sit quam res postulat. Ferulæ ut ante dictum est eliguntur ex ligno aliquo levi, ac leni, taleſ ut flecti possint, tum inæqualis craßitudinis, ut craßiori parte magis fractam sedem comprimant, quam cæteraſ: sint hæ vinculo breviores, ne nudam carnem attingant: brevioreſ item quam ut ad articulum perveniant, sint latæ duoſ digitos, tot numero ut ambiant membrum, interposito tamen spacio unius digiti, inter unam et alteram, quod lana complecti debet. De tempore quo conveniunt, scire licet, auctore Hippocrate, non adhibendas eße ante septimum diem: quanquam nostri seculi medici eaſ adhibent à principio protinus, id quod fælicißime cedit ubi non magna immineat inflammatio. In fractura autem

cum

cum ulcere aut nullo modo detur, aut certe uitetur ea parte, qua ulcus est: ubi superdatæ sunt, alligantur filis, aut faſcijs, neque resoluuntur ante uiginti dies, ne membrum distorqueatur, niſi sit quod urgeat interim, ueluti inflammatio, dolor, pruritus peruersio fracturæ prius compositæ. Ceruicalia eligenda sunt mollia, infarcta lana plummis aut Goßipio, et eius magnitudinis quam requirit id, quod fulciendum est: nam ad crus fractum tantum eße debet, ut ipsum totum capere possit: demittitur enim crus in ipsum atque alligatur, ut stabilius maneat. Canalis, ut ante dictum est, leuis eligendus est, et ita longus, ut crus totum contineat, unà cum femore, lanaque insternenda est, ut ibi mollius insidat. Eadem ratio est Gloſsocomi. Fistula plumbea, quæ ad sistendum datur, accipiatur leuis eatenus craßa ut sustineat, et non ultra, ut nõ oneret: et tandem eius magnitudinis, ac figuræ quæ aptetur parti sustinendæ. Hæc de fulcimentis.

De extendendo Cap. x.^{m} Præter operam quæ uincit, et quæ fulcit numeratur inter agentes simul et inseruientes ea etiam quæ extendit. Agit hæc quatenus quæ breuia sunt, et contracta longiora efficit, breuitatemque adimit membrorum, quæ fracta et luxata consequi solet quod musculi non contineantur amplius oſsibus aut integris, aut suo cauo repletis, sed concurrant ad sua initia, sicque contrahant, et breuia reddant membra, ut brachia, crura, : id quod euenit et maxillæ, ; ab una parte fractæ, uel luxatæ. Contrahuntur etiam, et breues fiunt partes, quamuis non frangantur, aut luxentur ueluti cutis præputij, quas similiter

ter extendere oportet, et longiores efficere. Iam uero inſer
uit extendendi opera dum componimus fracta aut luxata
in ſuam ſedem collocamus: neutra enim restitui poſſunt, niſi
prius diducantur, extendanturque sic, ut partes quarum una
super alteram excedit, è regione sibi mutuo occurrant: siquis
tentet, nulla extentione adhibita, restituere, frangentur
testæ aliquæ oſſium, neque poterunt quæ exceſſerunt reponi.
Quamobrem neceſſarium est extendendi ministerium. Sed
satis de uſu, uenio ad rationem extendendi, nam instrumẽta
quibus extendimus seorsum deinde proponam, ut quæ longi=
orem postulent tractationem. Continetur ratio extendendi
modo, figura, tempore, quantitate. Modus duplex est, nam
quod contractum est, uel ab uno tantùm extremo extenditur,
uel ab utroque: quod quidem ab utroque extenditur longius
ſit, quàm quod ab uno tantùm. quamobrem membra quæ
magis contracta sunt, et ęgrius distenduntur quòd robus
tiora ſint ab utroque extremo extendi debent: quæ autem mi
nus contracta ſunt, et facilè extenduntur, ueluti parua
ac tenera puerorum membra ab uno tantùm extremo exten
duntur, nam ab altero satis est si teneantur sic, ut non ſequã=
tur extendentem. maxilla exempli cauſa, ubi contracta
eſt extenditur à medico deorſum attracta, retento capite
surſum à ministro: demittimus interdum lignum sub alas,
uel inter crura, quo contineatur corpus ne sequatur ab in=
feriori parte extendentem. De figura satis supra loquuti
sumus, quum de figurando ac collocando ageremus: ea enĩ
eligi debet etiam in extendendo quæ maximè iusta sit, et
secundùm naturam, nam ſic facilius membrum extenditur

cum ſervatur fibrarum, ac muſculorum rectitudo, quæ ubi pervertantur, non facilè sequuntur ducentem, sed potius ab=rumpuntur, quamvis in extendendo adhibetur. Poſtulat igitur extentio figuram secundum naturam, hæc autem nō eſt eadem omnibus membris, nam crura extenduntur rec=tà, sed quum humerus frangitur, aut cubitus luxatur, sic figurari in extendendo debet, ut cubitus cum humero propè ad rectum angulum collocetur: sic autem tutò, citò, et iocundè extenditur quod contractum eſt. Tempus extē-dendi eſt, quando membrum contractum eſt, modò extētio facilè feratur: non semper autem facilè fertur, sed quo temporè membrum laxius eſt, nam si ubi inflammatum eſt, et propterea adstrictum, extendere tentaveris, periculū erit nè diſtendantur nervi, ac febris sequatur. Ergo dum eſt inflammatio, cavendum ab extentionè, quæ id circo tentanda eſt primò, aut ſecundo diè, usquè ad tertium, sed deindè omittenda eſt usquè ad septimum, quo temporè fracta, et luxata membra ſolent potiſſimum inflammationè ten=tari. Ergo ubi inflammatio ceſset, aut valdè remittatur, facillimè fertur extentio, quam deindè tentamuſ, quotieſ membrum resolvitur ubi adhuc contractum appareat, nam facilè tunc fertur. Quantitas extentionis respondere debet quantitati contractionis, eatenus enim extendere membra oportet, quatenus contracta sunt: Sed et paulo etiam ultra, ut oſſa quæ abrupta sunt optimè inter ſè committantur, et luxata commodè in suam sedem collocentur: nam sic licet aliquid diſtent, contrahentur à muſculis suoptè nutu sur=sum concurrentibus: ut minuſ iusto extendantur, non ſolùm

breviora

breuiora relinquunt, sed nequeunt componi, aut restitui: sed ubi extendantur uehementius, periclitantur dolore, ner=uorum distentione, febre, ac tandem interitu: nam primò dolent, dolorem conſequitur humorum confluxus, hunc ner=uorum distentio, inflammatio, ac febris: quod infortunium Erasistratus se uidiſse testatur, quum humeri caput luxatum nimium extenderetur: magis autem impendet hoc periculū hominibus durioribus ac robustis, quàm mollibus ac teneris: nam quod usu uenit rebus externis, uenit etiam partibus no=stri corporiſ: quæcumque enim molliora ſunt, facilius ducū=tur ut lora, quæ duriora, ac sicciora magis abrumpun=tur, si ducantur. membra igitur quę mollia sunt, et te=nera si nimiſ extendantur, magis periclitantur neruorum resolutione, quàm distentione. Quam ob rem non conuenit æqualis extentio omnibus naturiſ, statibus, membris, casi=bus: nam et ętaſ tenera minorem extentionem postulat maiorem quæ robusta & dura est: membra minora minus distendenda sunt, maiora magis, atque idcircò minus ex=tendendum est brachium, [illegible] minus [illegible], quàm femur, hoc enim ualidiſsimè omnium extendi debet, neque pericu=lum est si nimium distendatur, ne ita maneat, nam muſculi in eo craſsi sunt, et facilè ipsum contrahunt. Quod spectat ad caſus, cum quædam membra ueluti brachium et crus binis oſsibus contineantur, magis extendenda sunt ubi utra=que abrumpantur, quā ubi alterum dumtaxat: sed ubi al=terum tantum abrumpitur, maiori extentione opus est, ubi quod craſsius, quàm ubi quod tenuius: nam si in brachio frā=gatur cubitus, magis distendere oportet, quàm si frangatur

radiuſ: in crure etiam si tibia magis, quàm si sura. De arti=
culis luxatis scire licet, quòd qui arctius continetur ueluti
cubituſ, magis extendendi sunt, quàm qui laxius, ueluti genu.
Instrumenta nunc sequuntur quibus ad extendendum utitur
chyrurgicus: interdum igitur solis manibus contentus est, inter=
dum utitur laqueiſ, interdum præter laqueoſ adhibet aliaquoq;
instrumenta, quibus alligati laquei extenduntur. Ergo ubi
parua extentio sufficit, manibus dumtaxat ministrorum res
agenda erit siue ab utroque extremo extendatur membrum,
siue ab uno extendatur, ab altero contineatur: ipse autem
Chyrurgus interim manibus componet quod fractum est, uel
in suum locum restituet, quod luxatum. Ubi non sufficiant
manuſ ad extendendum, sed ualidiori opus sit extentione,
utetur laqueiſ, quorum exempla mox subijciemus: per hos
enim membro iniectoſ maior uis adhibetur, quàm per solas
manuſ: similiter quoque potest uel ab uno extremo, uel ab utro=
que fieri extentio: nam uel uterque laqueus extenditur,
uel continetur qui à superiori, extenditur qui ab inferiori
extremo iniectus est. Ad ualidissimam extentionem præter
laqueoſ adhibentur etiam instrumenta, quæ uel in utramque
partem, uel in alteram dumtaxat extendunt. Sed de huiusmodi
instrumentis agemus ubi absoluerimuſ laqueos, ad quoſ nunc
accedimuſ.

De laqueis Cap: XI.

Laqueorum uſus multiplex est, accommodatur enim primò ad
distendendum, siue ab utroque extremo, siue ab altero tantùm
extendere uelimuſ: accommodantur et ad adstringendum, ut
capita uasorum sanguinem fundentia: accommodantur et
pro fascijs ad continendaſ ferulas: accommodantur ad fracta

et

et luxata: prætera ubi uincire hominem oportet, ut immobilis chyrurgiam admittat. id quod apparebit, ubi unius cuiusque rationem exponemuſ: sed quod ad diſtendendum attinet sciro licet interdum opus eſſe extentione æquali, interdum inæquali: et laqueorum quoſdam æqualiter, quosdam inæqualiter extendere: nam membra, quæ binis oſſibus continentur, ue- [illegible] brachia, et crura, extendi æqualiter debent ubi utrumque frangitur: inæqualiter ubi alterum tantum. Materia ex qua laquei ſiunt, debet eſſe mollis ne lædat: sed et ualida ne abrumpatur: aptantur ad extendendum lora, et ualidæ faſciæ, funeſ quidem ualidi sunt, sed lædunt sua duritie: siquando autem ob aliorum inopiam adhibeantur, sedem cui iniiciuntur, ante obuoluere oportebit pannis, lana, aut re aliqua molli. Exempla laqueorum nunc subiicienda sunt, illis [illegible]tem contenti erimuſ [illegible] quæ Oribaſius ex ueteribus auctoribus collegit: sigillatim autem unumquodque unà cum eius imagine adſcribemus.

Quæ sit ratio laquei attollentis.

Ad attollentem habena adhibetur duplicata, cuius utrumque caput sinistra manu contineatur, sinus uerò dextra deprehenditur et capitibus super iniicitur, sic, ut capita sita sint in medio sin[illegible]. quo fi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]pita [illegible] [illegible]. Habet autem hic laqueus facultatem extendendi æqualiter, pertinetque non modò ad extendendum membra, sed eti[illegible]m ad continendum, cum in suam sedem compelluntur, et ad [illegible] [illegible]urandum corpora, ubi quid manu fieri oportet. Recti quidem eaſ parteſ intendit, quæ binis ossibus continentur; quandocumque enim alterum uitioſum sit, sinus super ipsum, ca=

pita super integrum imponuntur. nam sinus corpori inhærentes affectam partem uehementer distendunt, at capita cùm recedant à corpore, eam partem, quæ benè ualet, uel nihil omnino intendunt, uel certè quàm minimum. Membris quoque quum reponuntur, aptiſſimus est, sicuti cubito, quum in aliquà trium partium excedit, in quas ubi prolapsus est, brachium curuum est, neque extenditur, idest in posteriorem, interiorem, atque exteriorem. in quo casu laqueus oſſibus brachij iuxta primam palmæ partem inijcitur, capitaque eius sublimiora feruntur, et, ut retinacula sint, ad aliquid immobile deligantur. Ad figuranda insuper corpora ubi manu medemur adhibetur commodiſſime. in ijs enim quæ iuxta anum uitia infestant, ubi tractantur, brachia poplitibus subijciuntur, et huiusmodi habenæ attollentes ad brachia dantur in uicinia manus, eorumque capita ad ceruices hominis adducta inter se uinciuntur. quoniam attollens laqueus non solùm inijcitur implicitus, sed super membrum quoque circumponitur. Suspensa enim fascia sinus membro subijcitur, capitaque eius per mediũ sinum traijciuntur, eaque ratione circũpositus cõſtituitur.



Quomodo Laqueus Nauticus debeat adhiberi.

Ex medio sinu duplicatae habenae duos item sinus facere oportet, eosque inter se permutatos ita collocare, ut interior extrinsecus, et exterior ab interiori parte situs sit. hac enim via nexui laquei altera parte capita ab altera prodeunt. Est autem idoneus iis, quae extendi inaequaliter debent: valet item ad continendas ferulas, quae fracturis accommodantur. iunctura namque adhibita unum habenae caput sinistra manu teneatur, alterum vero per affectam partem volvatur, sic, ut unus et alter sinus fiat, per quos reliquum habenae caput traiiciatur, et ab ea parte quae in nos spectat, versus contrariam porrectum sinistra rursus contineatur. quo iniecto ferulae in sinus demissae ad vitiosum membrum dentur, capitaque attrahantur, et inter se alligentur, ut ferulas teneant. Valet item ad cubitum sustinendum, non secus atque ad intentionem, aut ad ferulas continendas. imponitur enim implicaturque ad cubitum suspendendum, ubi lata fascia non est. in quo usus sinus ita inter se inaequales sunt, ut alter, in quo cubitus sit, iuxta manum alter. Capita vero ad cervicem adducenda sunt, ibique nodo inter se deliganda.



Laqueus χιαστὸς quomodo implicetur.

Ad χιαστὸν habena duplicanda eſt, cuius utrumque caput siniſtra manu [illegible] uero dextra [illegible] eſt, sic, ut capita ad similitudinem literę . x . aduerſa inter ſe sint, inde enim nomen habuit χιαστὸς, quo facto sinus capitibus . x . literam referentibus superinijciendus, quod quę ex his subiectum eſt per medium sinum attrahendum . eoque fit, ut medius laquei [illegible] appareat [illegible] unus, inde duo capita se oſtendant . ualet autem, ubi oportet inęqualiter diſtendere.



Paſtoralis laqueus, qui et ſandalius dicitur quomodo injiciatur.

Paſtoralis, dictus à quibusdam sandalius, cum eo implicatur

quem

quem χαρτον nominauimuſ. hic ſiquidem primò est adhiben=
dus, ut ſandalius fiat: quo iniecto sinus eius dependens attrahi
debet ab inferiori parte ſinum primum eius sinuſ, qui con=
tra capita situſ est: sic enim ab una parte laquei nexus, ab al=
tera capita collocantur: in nexu uerò terni sinus, duo scilicet
à lateribus, tertius in medio cóspiciuntur. Adhibetur autem
commodiſſimè ad talú prolapsum, ubi reponitur. unus enim si=
nuſ à posteriori parte tali superlatum neruum datur, à pri=
ori alter ad partem pedis superiorem, medius, hoc est, tertius, plá=
tis subiicitur profecto [illegible] quo prem=
dendi cauſa utimur, neque talo dumtaxat conuenit, sed maxil=
læ quæ excidit, ubi in ſuam sedem compellitur. Unus enim si=
nuſ ad frontem hominis, alter ad occipitium datur, medius per
os procedit utrimque sub malis, capita u roper tempora ad agri
caput feruntur, ac siue, ut retinacula sint, siue ut à superiori
parte extendant, ibi inter se uinciuntur.



Draco laqueus quando iniiciatur

Ad laqueum draconem media habena à posteriori parte tali incipiat iuxta latum neruum: capita uerò uerſus priori [illegible] ad ſuperiorem partem pedis, ubi .x. literæ ſimilitudine accepta ad plantam porrigantur, ut rurſus inter ſe aduerſa eandem literam repreſentent, poſt hæc circa talum, ubi ab inferiori parte ſurſum uel à ſuperiori deorſum circumdentur, tum deligentur ad id, cuius opera ad extendendum utimur. facit autem hic laqueus ad talum ſuo loco motu, ubi reconditur.



Qua ratione is laqueus adhibeatur, quem simplicem nodum dixerunt.

Laqueus cui nomen eſt simplex nodus, à quibuſdam Perineos appellatur. Quomodocumque autem uocetur, eius ratio

tio est. Habena simplicem nodum accipiat, eiusdemque sinus attrahatur, capita uerò dependeant: deinde membrum quod reponere opus est intra superiorem sinum collocandum, tum alter sinus in alterum insitus, ad capita ducendus, communique modo cum capitibus, ad id uinciendus, quod ad intendendum adhibemus. habet autem inaequalem extendendi facultatem.



Lupus laqueus quomodo nectatur.

Duae habenae iustae longitudinis duplicentur, sic, ut capita ab eadem parte collocentur, sinus inter se aduersi sint, tum capita, quae ab inferiori parte, sursum, quae à superiori, deorsum uellantur, sic, ut medius laquei nexus, utrimque uerò bina capita se ostendant. Habet autem uim extendendi

[illegible] liter, pertinetque non modò ad oßium, quæ restituunt [illegible] ionem, sed in herniæ curatione ad membranam abdo[illegible] [illegible] adstringendam, item ad uincienda uenarum [illegible] [illegible] fundentia. Hos autem in sinus conijcere [illegible] simplicia consueuimus, quæ communi medicorum uocabulo [illegible] relaxent [illegible] dicuntur, neque hæc ipsa temerè adijci[illegible], sed ut, ubi quæ arctata sunt, remittere uolumus, [illegible] na id prestemus, et non per capita



Nodi Herculei ratio

Ad [illegible] lum herculeum habenam adhibere oportet, quæ duos no[illegible] [illegible] piat inter se distantes, quo fit ut herculeus nodus utrinque [illegible] ostendat hic autem sinus, inde uerò sint capita duo. Va[illegible] qualiter intendere consilium est. Quòd si sinus, qui [illegible] pita est, medius incidatur, à Lupo laqueo non [illegible]

simplex



Simplex charcheſius, qua uia implicetur.

Simplicem charcheſium qu[illegible] habet extendendi æqualiter, duplicari habena debet, capitaque eius ſiniſtra manu cõtineri, ſinus uerò dextra ſurſum conuerſus ſuper imponi capitibus, quę media opus eſt aduerſa inter ſe collocare in speciem. x. literæ. eo facto ſinus capitibus iniectus à superiori parte deorſum altrahatur per medium eius partiſ, qua. x. literæ fuit accepta similitudo. Sic enim laquei nexus medius apparet, ab uno latere ſinus unus, ab altero duo capita.



Duplex Charchesius quomodo implicetur.

Duplex charchesius æqualiter distendit, ac simplici longè est efficacior. eius autem ratio est. Habenam præbendimus duplicatam, capitaque læua continentes sinum patimur dependere. tum ex capitibus, quæ contra sinum sunt, alterum duplicamus, sic ut paruus sinus fiat, quem in sinistra manu ponimus. alterum per sinum traijcimus, deinde nexum per sinus conseruimus, et in sinistra collocamus. quo facto, ex capite, quod contra sinum est, rursus alterum sinum efficimus, quem nexui adiungimus: postremò pendentem sinum per medium nexum trahimus: ab inferiori parte sursum. quo fit, ut ab uno latere sint duo capita, ab altero unus sinus. quibus laquei nexus medius interijciatur.



Duplex Charchesius, quomodo ex simplici fiat

Cum duplex Charchesius variè consueuerit implicari, siquidem per se interdum, interdum fit ex simplici, non

numquam

numquam conficitur circumponendo, supra demonstratum eſt, quomodo perſe inijciatur, nunc qua ratione ex simplici fiat exponemuſ. Adhibere igitur primo simplicem Charcheſium oportet, sinusque alterum ab altero diducere, dein eum qui subicituſ eſt, in superiorem conijcere, et similiter utrumque diducere, ac per spacium, quod ipsis medium interijcitur sinum qui contra capita eſt, [illegible] parte sursum attrahere. sic enim rursus laquei nexus mediū sese oſtendit, hinc unus sinus, inde bina capita cōspiciuntur.





Duplex Charcheſius, quomodo implicetur circumponendo

Quoniam vehementi validorum corporum intentione, laqui capita ex una parte sæpius rumpuntur ante perfectam intentionem ne cogamur intendentis adhuc laquei capita relaxare, Charcheſium circumponimus. Tenentes igitur siniſtra manu caput circa membrum veſtituendum, tres

sinuſ efficimuſ interse distantes ita, ut ex his quod satis est dependeat: post hæc primum sinum in poſtremum demittimuſ, et semel aut iterum eoſ conuertimus, per quoſ mediū sinum rurſus attrahimuſ· quo ſit ut circa membrum laquei nexus ab uno latere, unus sinuſ ab altero duo capita se oſtendat.



Plinthij quod alioquin quadruplex circulus dicitur quadrũ sit.

AD Plinthium laqueum, adhibetur habena circulum repreſentans, id est sine capitibus, hæc ab inferiori parte manuſ, pollicibuſ, minimisque digitis circumdatur, nec nō utrique indici, ut sinus in utraque manu terni sint, unus circa minimum digitum, circa indicem alter, tertius super pollicem. Post hæc, sinuſ, in quos insiti pollices sunt, ad proximoſ minimoſ transferuntur, tum ad indices, qui minimis iniecti fuerunt, deinde sinuſ, in quos indices demiſſi postremò erant, medij à pollice à superiori parte deorsū

[illegible]titur,

uelluntur, sicque ab uno latere duo sinus, totidem ab altero, medius inter hoſ laquei nexus ad Rhombi similitudinem conspectui subijciuntur. Habet autem æqualem intendendi facultatem, et non ſolum ad intentionem, sed uidetur ad menti quoque fracti compositionem pertinere. nam mentum ipsum sub fractura aliquando peruerſum, in laquei complexum, Rhombum referentem inſeritur ab exteriori parte: sinus uero per malas, partesque superiores, ad ad ſummum caput feruntur, atque ibi interse deligantur.



Laquei Epangylotus (ita enim appellatur, qm sinus super ſinum inijcitur) quatenus inſeri poſſit

Ad Epangylotum, unum habenę caput, inter sinistrę manuſ pollicem et indicem collocamuſ, eamque extrinſecus ultra primam palmę partem adducimuſ, deinde per palmā ipsam, datam, inter pollicem et indicem utriusque manus

attrahimus. posthaec inter minimum et proximū digitum demittimus. Eo facto habens caput dextra manu sursum uellimus extremamque partem inter minimum ac proximum digitum tenemus. quo fit ut duo sinus efficiantur, inter quos attractus nodus apparet. Facit autem ad corpora figuranda, ubi manu curatio adhibetur. inter sinus enim utraque manu hominis coniecta. reliquis habens partibus totum corpus firmiter continetur.



Ratio eius laquei, quem auriculas nuncupant.

Ad auriculas epangylotus primò inijciendus, danda autem opera est ut alter sinus amplior sit, quem implicare oportet ad modum laquei chiasti, sic, ut duo sinus

oculis

oculis exponantur, inter quoſ, quod ex habena dependet, duplicatum se oſtendat. Recte autem adhibetur, ubi prolapsa maxilla reponitur, tum ad proceſſus capitis recondēdoſ. sinus enim datur ad tempora æquotantis, quod qui inter eoſ duplicatum conspicitur, ad frontem, deinde uinculū illud iniicitur, quod leporem auritum appellant, poſtremò auriculę, uel ut contineant, uel ut à superiori parte extendāt super caput offensi porriguntur.





Laqueuſ duoſ habens sinuſ (quem non nulli minus propriè ſtrangulantem dixerunt) quomodo iniiciatur.

Laqueus quem duoſ sinus habentem appellant, ex binis constat chiastis, quorum alter ab altero diducitur. Est autem aptiſſimus ad corpora figuranda, ubi uitia iuxta anū curantur. siquidem brachia subiecta poplitibus, eiusmodi laqueis adstringuntur: at pars quę media inter ſinus duplicata dependet, ad ceruicē hominiſ fertur, atq; hac uia corpus figuratur.



.4. Ratio laquei, quem ſtrangulantē propriē nuncupant.


Laqueus qui propriē ſtrangulans nuncupatur, ex simplici fit Charchesio, hic enim primò iniịcitur sic, ut alter ſinus ab altero diſtet. Confert autem ad quos proximè expositus, brachia namque rurſus coniecta in sinus coarctantur, et eā pars habenæ quæ duplicata est, media similiter collocatur, in eamque ceruices inseruntur.

.m. Quomodo adhibeatur laqueus ὑπέρβαλος, id enim nomen traxit ex eo, quod supra fertur.

Hyperbatus fit ex laqueo Nautico, siquidem in hunc primò implicitum brachia inseri debent, sinusque interse diduci, et capita ad ceruices deligari.

Laquei igitur, quorum expeditiſſima comprehensio est, huiusmodi sunt.

Quum



Quum maiori ui opus eſt ad extendendum, neque laquei suf-ficiunt, confugimus ad alia inſtrumenta: hæc autem sub duplici genere comprehenduntur: nam alijs in communi uita utimur, alia propriè ad hunc usum parantur. Hæc maiorem uim afferunt, et cum minori moleſtia: illa magis ubique præſto sunt, de quibus ante agemus: ergo ad extendendum ubique in promptu sunt, columnę, trabeculę, uectes, piſtilla rotarum modioli, scalę, bacula, quibus in agro, in caſtris in itinere, in diuerſorio, non solum in officina noſtra uti poſsumus: cuiusmodi multa docet Hippocrates in libro de fracturis, et de articulis, ad quorum exempla alia quotidie parare licet. Ergo in ſecundo de fracturis libro humerum fractum extendi docet quum inquit. — De inſtrumentis quibus præter laqueos utimur ad extendendum Cap. XII.

Iuſtiſsima itaque intentio ad humerum sic adhibetur, lignum

quod cubitum æquet uel paulò breuius sit, qualia sunt li=
gonum manubriola, habena ab utraque parte alligatum
suspenditur: homo autem sublimiori alicui sedi insidet
brachiumque super manubriolum imponit, sicut id in alia
indatur, ea moderatione ut ille uix considere poßit, nihilq;
propius sit, quàm ut suspendatur. tum aliquid aliud pare
tur, cui brachium inhæreat scorteo puluino superdato uno,
uel pluribus, ita ut adeà altitudinem perueniat, ut cubitus
ad rectum angulum collocetur. Commodißime autem lorum
molle, latumque seu lata habena circundatur, atque inde ma=
gni ponderis aliquid suspenditur, quod extendere conueni=
enter poßit: aut in uicem huius, robustus aliquis inferiorē
partem cogit, cubito cum humero ad rectum angulū figurato.

Idem Hippocrates ad crus extendendum eodem secundo
libro de fracturis scribit.

Nam uel rotæ modiolum defigere oportet, uel aliud quid
simile: tum molli aliqua re pedem obuoluere, bubulisque lo=
ris latis circumligare, et eorum capita, uel ad pistillum,
uel ad aliud lignum deuincire, eiusque imam partem, in
modiolum demittere, summam recuruare: alio loro ab hu=
meri capite, et à poplite in contrariam partem extendere.
Sed à superiori quoque parte adhibere uim licet. Potes etiā
ubi uelis, alte lignum defigere rotundum ac leue, sic ut
pars eius extet, quæ inter crura, media inter anum et natura=
le demittatur, ut prohibeat sequi corpus quod à pedibus extē=
ditur. Deinde ne corpus inclinetur in id crus, quod intendi=
tur, collocare aliquem à latere oportet, qui clunem re=
pellat, ne corpus ducatur.

Idem quoq;

idem quoque fiet, si ad utramque alam lignum figatur, brachia uero, seruentur extenta, et alius genu prehendendas, in contrariam partem adducat.

Nihil etiam prohibet, si placeat, lora alia ad genu, uel ad femur alligare, aliumque rotę modiolum post caput hominis figere, loraque ad aliquod lignum dare, quod in modiolũ demittatur. et ad contraria, atque ad pedes attrahat. Pro modiolo etiam poteris lecto mediocrem trabeculam subijcere, eiusque utrumque caput stabilire, lignisque recuruatis lora extendere.

Commodè item extendes per axiculos ab utraque parte collocatos. sunt etiam alię extendendi rationes quamplurimę.

Tertio item libro de fracturis ad extendendum crus inquit.

Si quis è corio Ægyptio binos orbes suat, qualibus utuntur, qui diu in magnis compedibus detinentur, sintque orbes hi undique tunicis inuoluti, altioribus quidem à fractura, ab articulo humilioribus, tumidi prętera, et molles, accõmodentur autem unus quidem super talos, infra genu alter, à lateribus uerò utrimque habeant ex simplici, uel duplici loro exiguos quasi sinus, alios utrimque à talis, alios à genu, sinusque superioris orbis è regione illis respondeant, qui in inferiori. Deinde cornea bacula eiusdem magnitudi[illegible] prebe[illegible], similiter [illegible] [illegible]ßitudine, et ea longitudine, ut quum flectuntur diducere ossa possint, sicut nõ inhęreant.

A orbis infra genu.

B Orbis supra talos.

C sinus utrinque.

D Cornea tabula.



Utitur & primo de articulis libro ad extendendum hume=
rum luxatum, scala columnis, sedili, foribus bipartitis,
et tandem illis instrumentis, quibus communis uita utit',
quęque ubique presto sunt. Validiora autem esse diximus
ea quę proprie ad extendendi usum structa sunt: hæc au=
tem uel tractoria organa sunt, uel machinamēta. Tracto=
ria sunt quę cum parua breuique structura sint, exten=
dendi dumtaxat facultatem habēt, qualia sunt Plinthiū
Nilei, Glossocomum Nimphodori, Trispastum Apellidis.
Hæc ut suo munere fungantur, aduentitia quędam postu
lant, ut scamnum lectum, scalam, et aliquod humi de=
fixum eo quod per se usui esse minime possunt. Machina
menta sunt tractorijs organis ampliora, quę non modo
intentionem pollicentur, sed etiam impulsum ossium quę
a sua sede recesserunt: quorum quędam erecta collocantur,
quę

quæ aptantur homini stanti, quædam plana quæ iacenti: exponemus exempla omnium, quæ ab Oribasio ex uarijs auctoribus collecta, sumemus, initiũ ducentes à tractorijs.

Tractoria organa.

Nilei Plinthium.

Factum est Plinthium Nilei ad aliorum organorum exemplũ, quæ uocantur tractoria quadrata oblonga, duo enim habet latera longa palmos quatuor, digiti crassitudine, quæ extremis partibus transuersarijs inuersè compacta sunt. Est autem transuersariorum crassitudo, et latitudo, quanta laterũ, sed longitudo palmum implet. merito igitur cum talis compactio sit, ut latera quatuor palmos longa sint, transuersaria unum, totius organi quadrati structura oblonga confecta est. Licebit autem, siquis, uoluerit latera breuiora, quam dictum est efficere, quandoquidem organum, per unicum axe, effectum præstat. media itaque latera pertusa sunt rotundis ac peruijs foraminibus, per quæ axis traijciatur, qui media parte clauum infixum habet, capitibus uerò, quibus latera excedit, uectes æneos, uel ferreos decem digitorum magnitudine. Sunt item in organo quatuor anuli lateribus affixi, bini ab inferiori parte, totidem à superiori. Antiqua huius organi structura auctore Nileo talis est. Herodotus quidã Architectus transuersariorũ priores partes medias excauauit ad figuram literæ. ω. ne habenæ quæ à corporibus, quibus uis adhibetur ad axis clauum ferantur, extantibus angulis atterantur, sed recta procedant. hactenus Herodotus. nos uerò quam accepimus historiam referemus. ferunt Pasicratẽ Architectum Sidoni organum hoc uidisse, quod à statua contine=

batur, aliter tamen fabricatum, nam cum eadem compactio
eſſet, conspiciebatur in eo organo ab extantibus axis capi=
tibus æneorum draconum complexus, quorum capita è regi
one ad caudas spectabant, sed quò pertinebant hi dracones?
non aliò, nisi ut inuicem uectium axes connecterent: tum in or=
gano quod Sidoni erat, media, transuersaria pertusa erant, rotūdis
foraminibus, quæ clauo axis responderent. Constat autem foraminū
eundem esse usū, qui in organo Herodoti, nimirum, ut habenæ, quibus
corpora extenduntur, ad clauū, uecti per ea foramina porrigantur.
Retulit insuper Pasicrates axem inclusa habuiſſe in uicinia late=
rum tympana quatuor ex ære, dentata, duo ab interiori parte, totidē
ab exteriori atq; item in lateribus foramina fuiſſe dentiū ordini respon=
dentia, ut postq; abundè extenta corpora fuiſſent, fibulæ inter dentes eò
demiſſæ, ubi in luxatis restituendis opus eſſet axem sisterent. Sed recentiores
tympanis omiſſis priori parte latera pertuderunt: pertuderunt item in
orbē [illegible]
inditæ axē immobilē tuerentur. Ego autē, quū fibulæ decidant, ad eum,
quē dixi usū, uncos lateribus infixi: axis uerò capita foraui sic, ut huius
foramina illis conuenirent quæ erant in orbē in lateribus aliquo spacio
interiecto [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
tis, atq; oblōgis, ut propositorū crux extrema in eiusmodi caua conueniret, ipsa item la=
[illegible] extremis partibus trāsuersa [illegible] foraminibus [illegible]
trabibus, ut fibula in foramina coniecta Plinthiū contineret. Hæc de organi
structura, nunc ad ipsius motionem aggrediamur.

Heliej


G
C
D
F
E
E
C
H
H
L
A
B
B
f

A	Duo latera
B	Transuerſaria
C	Rotunda ac peruia foramine
D	Axis, qui media parte clauū infixū habet
E	Vectes ænei
F	Anuli
G	Tráſuerſariū priores partes excauatę ad figurā literę.
H	[illegible]
I	Foramina rotunda.
K	Tympana ęnea dentata.
L	Fibula indita
M	Vncus
N	Scamnū qualem in ludo uidemus
O	Caua quadrata
P.	Fibula

Gloſsocomum Nymphodori.

Gloſsocomum Nymphodori tractorium organum est quadratum. habet autem duo latera, quę extremis partibus per duo transuerſaria inter se iunguntur. laterum uero et transuerſariorum eadem est magnitudo, sunt enim longa, lataque duos palmos, craſsa digitos totidem. quare cum æqualis sit eorum modus, iure gloſsocomum ex eorum numero est, quę proprie quadrata appellantur. Media igitur latera exculpta, cauata quę sunt cauis non nimis alte penetrantibus, quibus includitur axis habens in medio tympanum, cui ab utraque parte

[illegible] for


ferrei unci sunt, duo in universum, uel foramina in quæ pos=
sint conijci funes, quorum hæc ratio est. funes duo uncis me=
dij circumligantur, et ab utraque parte propè foramina nodũ
accipiunt, quorum capita, cum quatuor sint duo traijciuntur
per transuersarium prius, ab interiori parte extrà, reliqua
duo per id quod posterius est. [illegible] tympanum cochlea
speciem lentis referens recta collocatur, hæc composito voca-
bulo græcè κοχλιάζων dicitur. eius extremitas demittitur
in cauum non penetrans prioris transuersarij: pars uerò
quæ cochleæ modo striata est, iuxta tympanum collocatur:
quod superest ex eius longitudine per foramen transit, ex=
tremaque parte baculum uersans habet, quo torquetur, ut
cochlea per id uersata tympanum moueat, conuerso hoc
axis uersetur, quo moto funium capita, quæ extra procedũt
ad intendendum ducuntur. Sunt item Glossocomo opercula,
ut quæ in eo sunt machinationes occultentur, tum quatuor
annuli ad latera fixi, bini ab inferiori parte, totidem
à superiori eadē causa ut alligari organum possit. Hu=
ius fabricationis auctor est Aristion filius Pasicratis, si=
quidem aliter structum fuit à Nymphodoro. in uetusta enim
structura extat cochlea non per transuersarium, sed quà
opercula sita sunt, traiecta. duas enim forfices ferreas ad la=
tera affixas habet ad medium pertusas, quarum una axi
subijcitur, altera superponitur, utraque à latere tympani
collocatur. inferior angustius foramen habet, superius la-
tius. Cochlea igitur ab ea parte, qua opercula sita sunt,
traiecta, atque à forficibus contenta, alterum operculum si=
ne impedimento clauditur: alterum claudi non patitur pars

cochleę, quam penetrare diximus, cuiq; baculum uersans af-
figitur. hoc itaque operculum medium transuersum in duas
partes secatur, quarum altera manet immobilis, altera claudi-
tur. atque hęc media in longitudinem lunata figura exciditur,
ut, quum operculũ clauditur, lunatũ eius cauum propositã cochleę
partem excipiat. Hanc Nymphodori structuram non accipit Aris-
tion: sed adiecit organo axem habentem tympana foraminaque;
ut axis, qui in medio est motus ubi uelis, consistat, et ui minime uol-
uatur: transtulit item annulos iuxta prius transuersarium ne
organum à parte operculi sed à parte prioris transuersarij alli-
getur: traiecit praeterea funium capita per opercula, quã quidẽ
à superiori parte illa uero ab inferiori. quod quidem pertinet
ad annulorum situm una nobiscum sentit, sed axem quẽ adiunxit
tanquã superuacaneũ reijcimus. Siquidem unus axis ex robusta
materia praeparatus, quod opus est, abunde efficit. Sed cum
Glossocomi fabricationem absoluerimus, sequitur, ut ad
eius motum ueniamus.


A Latera
B Transuersariũ prius
C Transuersariũ posterius
D Cauum non penetrans
E Axis habens tympanũ in medio
F foramina in quę funes coijci possūt
G funes duo
H Capita funiũ traiecta per prius transuersarium
I Capita funium per posterius transuersariũ traiecta.
K Cochlea spēm lentis referens
L Manubriolum
M quatuor ãnuli in trãsuersarijs
N ferrea forfex
O pars operculi quę manet immobilis
P Pars opculi in lunatã figurã excisa
Q Axis hñs tympana foraminaq;

Nymphodori

Nymphodori Gloſſocomû clauſum.



Nymphodori Gloßocomum apertum



Trispaſtum

Triſpaſtum Apellidis, seu Archimedis.

Illud inprimiſ scire conuenit quod neque Apellides, neque Ar= chimedeſ medici fuerunt, sed Architecti, qui machinamentum hoc excogitarunt (quemadmodum nos accepimus de historia) ad naueſ deducendas funibus non per manus, sed per ergatam attractis, illius autem seculi medici eius structurae modum mi= nuenteſ, trispastum organum medicinale ad luxata, fractaque restituenda fabricarunt in hunc modum. Totum organum ex eorum genere est, quae oblonga quadrata nuncupantur. est autem hoc modo compactum. duo latera longa palmoſ quatuor digiti craſsitudine inter se coagmentantur, per transuerſaria longa palmoſ duoſ, craſsa digitum. Latitudo potissimum posterioris trasuerſarij sex digitos aequat, prioris propter oper= cula palmoſ duos. Ut retulit autem Pasicrates, media latera excauata sunt, cauis non nimis altè penetrantibus, quibus duo axes includuntur, habentes rotas in uicinia laterum. utriusque axis rotę perforatae sunt peruijs foraminibus, quae non alia de causa facta sunt, nisi ut in ea funes immittantur, quo= rum ratio haec est. funes duo extrema parte nodum accipi= enteſ, coniecti in prioris axis foramina attrahuntur, ita, ut nodi super foramina collocentur: tum funes circa suas utrasque rotaſ inuoluuntur, et per posterioris axis foramina traiecti nodum accipiunt. Posterior axis medius inter rotas foramen habet, in quod rursus funis conijci debet. sumitur funis longus qui ab utraque extremitate nodum acceperit, deinceps per pro= positum foramen traijcitur sic, ut nodus foramini iungatur, post haec circa medium axem inuoluitur, quo facto altera eius extremitas per posterius transuerſarium, quod medium

perforatum sit traijcitur: at quid non sic per traiectio?
manu tractus euolutusque posteriorem axem conuertit, quo
conuerſo alia capita funium, qui extra procedunt, ducuntur.
Adhibentur autem funes quatuor, duo, et item duo, atque
ad hunc modum immittuntur. Sumuntur funes duo, qui
extrema parte nodum acceperint et per duo foramina pri
oris axis, quæ inter rotas sunt, traijciuntur, attrahunturque,
sic ut nodi foramina contingant, tuncque funium capita
per prius transuerſarium perforatum ab interiori parte
uerſus exteriorem traijciuntur, aut præhenduntur, funis
unus duplex, cuius capita conie<u>cta</u> in prioris axis foramina
attrahitur, ut medius funis inter foramina statuatur, postea
eiusdem funis capita traijciuntur per foramina transuer=
ſarij prioris. Duo item alij funes sumuntur nodo extre=
ma parte deuincti, sic per foramina inter rotas posterioris
axis facta, et à medio foramine recedentia attrahuntur,
qui deinde ubi eorum nodi ad foramina peruenerint, tunc
ducuntur, traijciunturque per posterius transuerſarium
perforatum sic, ut quinque nunc sint, funium, quæ extra
feruntur, capita, duo per prius transuerſarium, tria per
posterius. His posterioribus manu tractis, in loculisque fu-
nibus (ut dictum est) inuolutis atque euolutis, capita eorum,
qui exterius ferebantur, ducuntur, extenduntque capita
habenarum, quibus distenditur corpus. Huiusmodi orga-
ni structuram Pasicrates exponens reprehendit tamquam
minime efficacem. uniuersum enim organi opus consistit
in ductione funis posterioris, qui manu attrahitur, at ne
quit manus in restituendis luxatis uim tantam sustinere

[illegible]

præsertim ubi magni articuli sunt, et corpora robusta. quam=
ob rem organi structuram immutauit duo quae axes qui
inclusi erant, ita struxit ut penetrarent, et priorem, minore
exiguis capitibus extantem, posteriorem maiorem, et longa
capita habentem, exterioris quidem axis extantia capita cla=
uoſ confixit: posteriori uerò adiecit. demiſsis axibus duobꝫ
digitis machinamentum in restituendo sic mouit. Habenas
extendendis corporibus iniectas, ad extantia prioris axis ca=
pita deligauit, ut posteriori axe contrario priori mouente,
et euolutis, inuolutisque funibus nerui extenderentur. Sed
Aridion Pasicratis filius patri aduersatur, ut [illegible] or=
gani structuram ignoranti, in uetusta enim (inquit) orga=
ni structura; axes non mouebantur in laterum cauis, sed
circa ferreos chodaceſ affixos lateribus in capreoli formam
excauatis, quod uidere licet in organis ad aquam haurien=
dam comparatis, quæ ob fabricationis rationem facilè con-
uertuntur, neque tamen rotæ in se contineant armillam, sed
chodacem, quoniam igitur axes per armillaſ mouentur cir=
ca chodaceſ, et rotæ per chodaces circa armillas, axes prom=
ptè ad modum uerſabuntur, atque id circo sine impedimento
erunt, etiam si funis manu ducatur. Ob id autem ipsum Tris
pastum organum appellatum est, quoniam tres funes agit,
unus quidem extra ductus, duo inclusi. Hactenus ipse proba=
biliter scripsit, sed uera sunt, quæ à Pasicrate adducuntur,
non enim potest manus funem ducens benè restituere. sed
fortaſse monstrationis causa in ludo organum mouere,
uis autem quæ in restituendo requiritur, per manum mini=
mè poterit adhiberi: atque ea de causa, iisdem omnibus fue=

tis, quę in uetusta scriptura sunt ostensa, tertium axem organo adijciendum indicauimus, cuius capita traiecta per latera eßent, ut posterior axis [illegible] medius [illegible] autem proferetur: in extantibus capitibus uectes demittantur, uel manubriola, aut bacula ductaria. medius uerò funis posterior, ubi circa axem est inuolutus, traijcitur per foramen axis penetrantis, suoquę ibi capitę alligatur. His ita constitutis conuersus posterior axis, illę inquam cuius capita extant, funem circa sę inuoluit, quo fit, ut medius axis moueatur, quo moto prior quoquę axis mouetur. Tribus axibus conuersis, funium qui extrà ducuntur, capita tenduntur, cum quibus uinciuntur habenę, quę corpora extendunt. Habet item organum opercula, ueluti Glossocomū nę machinationes oculis exponantur, atquę item annulos ad latera affixos, quibus alligetur. Hæc est uniuersi Trispasti fabricatio. [illegible] quos posuimus in Glossocomo, distat enim solū quibus mouetur machinationibus: praeterea funiū eadem est ductio, habenis ad eos alligatis. Sed iā Trispasti fabricationę explicatā habemus.

A Duo latera

B Prius transuersarium

C Posterius transuersarium

D Duo axes habentes rotas inuicinia laterum.

E Funes circa rotas inuoluti

F Funis coniectus in foramē medii inter rotas posterioris axis

G funis duplex cuius capita traiecta per foramina prioris axis, per prioris transuersarij foramina traijciantur.


H Tertius axis, cuius capita traiecta sint per latera.

I Vectes in extantibus capitibus demißi

K Annuli ad latera affixi.

Trispastum

Trispaſtum Apellidis, seu Archimedis .





De Gloßocomo machinamento.

Non abre quidem mihi Gloßocomum uidetur à iunioribus medicis inuentum, quod seu femur, seu crus comminutum sit, ubi callus circumdatur, commodissime admouetur. Habet autem ab ima parte axem, ad quem extremi laquei in diuersa extedentes deligantur. Injiciantur laquei extremis partibus ossis quod curatur. fiatque ex duabus habenis, sic, ut quatuor uterque capita habeat, bina à dextra totidem à sinistra. Ex ijs capitibus quæ inferioris laquei sunt per foramina facta in inferiori parte Gloßocomi ad axem duci debent: quæ superioris, primò procedere ad superiora, deinceps ipsa quoq per latera Gloßocomi perforata trajici, quibus foraminibus trochleę includantur. utrimque ergo ab exteriori parte Gloßocomi, superioris laquei capita ferenda sunt ad axem. his enim ita constitutis, una axis conuersio pariter ambos laqueos extendit deorsum uersus, illú qui ad inferiora fracti ossis alligatur, sursum; alterum sic ut composita fractura in posterum liceat quotidie hanc laqueorum in diuersas partes intensionem corrigere, ualentius uel lenius extendendo. laqueú igitur qui in inferiori parte est, directa ductione axis extendit: eum, qui in superiori parte, intendente alio motu, græci διὰ τῆς μεταληπτικῆς τάσεως dicunt.

A Axis ad quem laquei alligantur.
B Laqueus superior.
C Laqueus inferior.
D Inferior pars Gloßocomi.
E Trochleę
F Superioris laquei capita ab exteriori parte Gloßocomi.

fabri





Fabri organum.

Fabri organum ad hunc modum fit. super basim quæ pternis nominatur, pro organo dimensam statuuntur crura duo, quorū longitudo duos cubitos et semissem æquat, aut etiā excedit, latitudo implet digitos quatuor: crassitudo tres. crura hæc per duo transuersaria inter se coagmentantur, altero ab inferiori parte, quod quinque palmos à basi recedat, altero à superiori qua crura finiuntur. inferiori transuersario subijcitur asser transuersus, qui et cū lateribus organi, et cum transuersario committitur. hunc asserem sedile consueuerunt omnes appellare, cuius mediū ad transuersariū exciditur ad effigiem .x. inuersi, qua parte transuersario infigitur æneum .u. Accommodatur tum cauum, quam .u. demittendo priapisco octo digitos longo. Inter transuersaria ab interiori parte crurū canaliculi excauantur, in quibus dum luxata reponuntur, moueatur quadrata testudo, spathā et cubitos mouens, quando quidem prior pars testudinis (frontem dicunt) peruio foramine pertunditur, in quod radix conijcitur, cuius ex=

tremum quà extremiatur, ad posteriorem testudinis partem per [illegible] foramine per tunditur, per quod fistula demittitur. ne radix euellatur, sed manens in foramine torqueatur. Fibula autẽ in extrema radice scutulo supposito includitur. Radix eò pertinet ut spatham in organo sustineat. habet [illegible] spathæ capitulo [illegible] à testudine ad superius trãsuersariũ quod caput noiatur, pertineat, ut cuneati axis modo excedat. huius spatæ extremitas, quæ cõtra capitulũ est, media in quadratã figuram exciditur atque in id cauũ includitur radicis extremitas lata quæ perforatur. item spatha ab uno latere ad alterum [perforatur] in quod foramẽ fibula demittitur ut spathã detineat ad radicem. ipsa uerò testudo iuxta mediũ pertunditur foraminibus quatuor, uel ordine dispositis [illegible] quæ nõ alia de causa fiunt, nisi ut funes in eã indantur, ut in sequentibus ostendam.


Mediũ caput hoc ẽ superius transuersariũ in quadratã figurã excauatur, in quod cauũ duplex trochlea inditur, quæ circa axiculũ uersatur. habet item superius transuersariũ duo alia caua quadrata peruia, nempè ab utroque trochleæ latere unũ, in quæ cõijciuntur quadratæ cubitorum partes, duo enim cubiti per superius transuersariũ demittuntur deorsum, et testudini inhærent, quæ quadrata caua in sũmo habet. Imas cubitorum partes quadratas tenuesque [illegible] [fora]minibus pertusæ sunt axis conijcitur, cuius capita utrimque excedũt, mediũ cu[illegible] quibus commeant. [illegible] iuxta fo[ramen] [illegible] Organo prꝫterea iuxta crurũ extremitates alia duo sũt adiuncta crura, ut si quis sedilis uicem exhibeat, super basim atque adiuncta crura iaceat. Verum quia testudo per funem elata, et cubitos et spatham attollit, in sequentibus qua

ratione


ratione funis indatur, adijciam. Sumitur funis duplex, cuius capita per duo foramina, quę uel iuxta cubitos sunt, uel à priori parte, uel à posteriori, uel in medio traijciuntur, uel ab inferiori parte sursum adducuntur sic, ut medius funis inter foramina collocetur deinde capita sursum feruntur, et circa duplicem trochleam prioris transuersarij [illegible] atque inde [illegible] per [illegible] procedunt, et ad clauos penetrantis axis religantur, continetur enim organo fabri alius axis coniectus in crura, quę super transuersarium inferius digitis quinque interpositis perforata sunt. in axis medio duo claui sunt infixi, in extantibus capitibus uectes uel manubriola ductoria, quibus conuertitur axis, cuius conuersio per funes testudinem attollit, atque unà cum spatha simul cubiti et axis, qui alijs continetur, sursum feruntur ad luxata, quę à superiori parte extenta in suam sedem collocantur. Huiusmodi est antiqua structura organi, quod ad fabrum refertur auctorem. ~

A Basis
B Crura duo
C Transuersarium superius
D Transuersarium inferius
E Axis transuersus subiectus inferiori transuersario
F Medium asseris excisi, ad formam .u. inuersi
G Priapiscus
H Canaliculi excauati ab interiori parte crurum
I Quadrata testudo
K Spatha
L Cubiti
M Prior pars testudinis peruio foramine pertusa.
N Radix
O Fibula demissa per radicem
P Capitulum spathę cuneati axis modo
Q Extremitas spathę in quadratam figuram perforata.

R Foramina quatuor testudinis
S Duplex Trochlea indita in cauum superioris transuersarij
T Caua duo quadrata superioris transuersarij in quę demittuntur cubiti
V Imę partes cubitorum quadratę
X Superiores cubitorum partes rotundę, quę alę dicuntur.
Y Axis in alas cubitorum demissus.
Fibulę demissę in alas perforatas quę axem immobilem seruent.
α Alia duo crura adiuncta.
β Funis duplex
Γ Alius axis qui in cruribus continetur
Δ Vectes quibus conuertitur axis
[illegible] binę trochleę ad basim
[illegible] binę trochleę ad summa crura
H Ca[illegible]


Y
C
S
L
H
B
A
K
G

Fabri organum.



Ex Ruffo Scamnum Hippocratis.

Hippocrates maxime admiratione dignus multis in locis suis organum ξύλον appellauit, in quibusdam etiam κεδίαν: recentiores βάθρον id est scamnum dixerunt, eoque [illegible] et pro organo et pro scamno usi sunt [illegible] Paratur lignum sex cubitos longum, latum duos, nouem digitorum crassitudine, resupinaturque et quatuor alia ligna, quae φλιαί, ab Hippocrate uocantur, in latitudine peruiis foraminibus perhidduntur, quibus continentur penetrantes axes in medio clauos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quorum [illegible] [illegible] καπέτους nuncupauit. Medium praeterea lignum alte in quadratam figuram excauatur, quo scalmus demittitur, qui priapiscus uocatur. Alias item habet φλιὰς in medio ad similitudinem literae π. non inutiliter adiectas. structura igitur Pasicratae auctore huiusmodi est cui deinceps subdit, ~~it~~ Oribasius quaratione moueatur scamnum Hippocratis. quod ubi uetustam structuram habeat, homine iacente ad luxata omnia restituenda idoneum est, ut dum singula exe= [illegible]

A Lignum sex cubitos longum, latum duos, crassitudinis nouem digitorum.

B Quatuor ligna pedem longa extremis [illegible]

C Axes habentes in medio clauos, et in extantibus capitibus manubriola ductoria

D Fossae quarum altitudo tres digitos aequat


E Priapiscus superius teres demissus in medium lignum alte in quadratam figuram excauatum

F [illegible]

G Transuersarium lignum in speciem gradus.

scamnum

Scamnum Hippocratis.



finis tertij libri de Chyrurgia qui est
de operis inservientibus simul
et agentibus.

DE CHIRVRGIA
LIBER
QVARTVS

[illegible] ac operis agentibus in componendo
[illegible] nostri corporis præter naturam
affectas, & [illegible] educendo
ea quæ noxias
[illegible]

Enarrauimus primo libro ea, quæ communia sunt totius chyrur
giæ deinde ad proprias operas accedentes secundo libro eas
absoluimuſ, quæ inseruiunt duntaxat: sed tertio eas persẽ
[illegible]ti sumus, quæ partim inseruiunt, partim agunt. Superſũt
[illegible]nc exponendæ illæ quæ agunt tantum: uerſantur autem
uel in componendis partibus nostri corporis præter naturam
affectis: uel in adimendis illis quæ uitiosa sunt, et inutilia
[illegible]
[illegible] præter naturam affectas, deinde alias, quæ adimunt quod
[illegible] est. Operæ igitur, quæ partes nři corporis malè af
fectas componunt, compluresſ sunt, cum uel disiuncta coniun
gant, uel coniuncta separent, uel reponant quæ suo loco
mota sunt, et luxata: uel dirigant peruersa et fracta, uel
aperiant clausa: uel claudant quæ aperta sunt: uel repri
mant quæ excedunt, uel quæ curta sunt, et mutilata restau
rant

ciant: sic enim partes quæ à naturali statu receſſerunt,
manus opera in eundem restituuntur. Ordiemur à coniunc=
tione earum partiũ quæ præter naturam disiunctæ sunt, ac
separatæ, et quouis modo diductæ: huiusmodi sunt labra uul=
nerum, atque ulcerum: partes quæ in sinibus abſceſſerunt,
cutis à subiecta carne resoluta: oſſa quæ, cùm antè commit=
terentur, dehiscunt, ueluti suturæ in caluaria: aut cum quasi
glutine quodam nectirentur, diducta sunt, ueluti radius à cu=
bito, angulũ à lato scapularum oſſe. Ergo quæ sic separata
sunt, coniungere in unum oportet, ut ad naturalem statum
redeant: at non satis est si coniungantur, cùm rursus separari
poſſint: quamobrem nõ solum coniungenda sunt, sed seruãda
coniuncta, ut rursus aſſuescant suo loco manere, et quæ
glutinari poſſunt, coalescant: id quod minime fieret, nisi
coniuncta seruarentur: neque enim coaleſcerent oræ uul=
neris, neque agglutinaretur cutis sibiectæ carni, aut su=
periores partes sinus interioribus: neque oſſa glutine, aut
callo coniungerentur, nisi partes quæ præter naturam dedu=
ctæ erant, postquam coniuncta sunt, in unũ coactæ seruaren=
tur. Vtilitas igitur coniunctionis manifesta est, cùm res=
tituat quæ præter naturam separata erant: opera autem
coniungendi similiter apparet, qualis eſſe debeat, cùm duo
efficiat, coniungat scilicet et conseruet coniuncta. Quod atti=
net ad cõiungendum, coniungimus quæ separata sunt, ma=
nibus compellentes si mollia fuerint: sed si dura, ueluti os=
sa, non satis est manibus adurgere, sed neceſſaria quoque
uincula sunt quæ paulatim cogant in unum oſsa quæ [illegible]
[illegible] sunt, aut dehiscunt. Sed siue manibus siue uinculis [illegible]

agatur, non debent diductę partes ulterius cogi, quàm ut interse committuntur: nam si ultra cogerentur, altera super alteram excederet, mala conformatio fieret, frustraque con-citaretur dolor, et inflammatio: itaque si partes molles sūt ut orę ulceris, ut quę absceſserunt in sinu, eatenus coniungen-dę ſunt ut se contingant: cutis uerò quę resoluta est, à sub-iecta parte, super eam induci rurſus debet attrahique sic, ut eam tangat, nam sic facilè deinde glutinatur, etiam ubi ni-greſcere incępit, neque enim excidenda est, ut nō nulli faci-unt, sed ut ueteres præcipiunt, relinquenda est, et rurſus in-ducenda super carnem subiectam, quę ubi nuda relinquitur ægrè ad cicatricem perducitur. siquidem medicamentis leni-entibus sordida efficitur, detergentibus exasperatur. Ad os-sa uerò quę diducta sunt coniungenda, ut diximus opus est uinculis, siquidem suturæ capitis, uinculo quod Rhombus, et quod semirhobus appellatur de quibus supra egimus, quæ de uinculis, si dehiscant et committuntur, et seruantur com-missę. At iugulum ubi à pectoris osse recedit coniungitur, resupinato homine, et subiecto ceruicali inter scapulas iux-tà spinam, sic, ut totus Thorax recuruetur. Medicus autē altera manu humeri ad latus adducti caput in [illegible] partem repellit sic enim diductę iuguli partes plurimum in-[illegible] erecto pectori habitu, multū aduersum [illegible] altera manu componit, atque in unū adducit di-ductas iuguli partes, humerum uerò iuxta latus sursum com-pellit. [illegible] scapularum os à iugulo recedat [illegible] cogendum est id quod excedit, pluvimi [illegible] iniici-endi, maxime adstringendum, humerusque ad latus con-

tinendus

tinendus est: nunquam ferè ex toto reuertitur in pristinā sedem os, quod ab alio osse recedit, cum quo naturaliter iungebatur: facilius autem cogitur in pueris: si quis tamen uinculum arctum sustinet quadraginta diebus, coniungi solet: ergo præter manus ad coniungenda ossa diducta, opus est uinculis, quæ ut diximus, seruant etiam coniunctum. Sed partes molles ut caro, solis manibus ubi separatę sunt coniunguntur, ut autem cōiunctę seruentur, opus est fascijs, suturis, fibulis, agglutinationibus medicamentis, quæ ἀγκολλήματα grecè nuncupantur, cutis solis fascijs continetur cōiuncta: sinus uerò præter fascias requirunt panni comprimentes: ita autem uinciendi sunt, ut à fundo magis adstringantur, laxiores siue ad os, ut exprimatur si qua sanies redundat: id quod supra etiam monstrauimus, quū de ratione uinciendi tractaremus. Vulnerum quæ in longitudinem sunt, labra seruantur inter se coniuncta, per fascias quę à medijs orsę, à loco sano in utramque partem uersus plagam attrahuntur, nam quod à plaga uinculum incipit, non coniungit, sed diuidit. Quòd si transuersa uulnera fuerint, opus est sutura, fibulis, anacollemate, ut cōtineri commodè possint. de quibus nunc seorsum tractandum est.

Pertinet igitur sutura ad uulnera transuersa, quorum labra non possunt seruari inter se coniuncta dum coalescant per sola uincula: quamobrem suuntur. quanquam pertinet etiā ad partes, quæ nimis relaxatę sunt, ut ad palpebras, ad umbilicum, ad scrotum, quas suimus ut contrahatur, et breuiores fiant: deinde id totum, quod supra suturam est, excidimus. Sed de hac agemus, quā de excidendis ijs, quæ inutilia

sunt

sunt et noxia a corpore nostro; pertinet tandem ad fasciam extrema, quæ cotinenda sunt: de hac supra locuti sumus, cum ageremus de uinciendo. Hec igitur de ea tantum sutura agendum est quam ad transuersa uulnera adhibimus. Proponemus primò instrumenta, quibus utimur ad suendum, deinde rationē suendi. Sunt igitur instrumenta ad suendum necessaria tria, filum acus fistula. Filum tenue sit, ut acus quoque tenuior sit, et minorem plagam afferat: sit et molle ne lædat, non tamen adeò tenue, aut molle ut abrumpatur: sit æquale ne laceret, aut ubi inequale est, illinatur cera, ut mitius insidat: sit ex materia quæ nō facilè putrescat sed diutius perseueret: huiusmodi est materia serica, quam Galenus laudat: huiusmodi etiam est acia ex lino crudo, quam commemorat Celsus. Acus longior sit ut facile demitti possit per labra uulneris craßiora, sit tenuis ut minus laceret partes quæ suuntur, mucronem triquetrum habeat, ut incidendo citius traijciat, quod traijciendum est: ab altero uerò extremo qua perforata est, excauata sit, sic ut filum includat, ne remoretur ducentem suo excessu. fistula habeatur ænea uel argentea, quæ non perpetua sit, sed canalis modo in longitudinem scissa, huic incumbit atque innititur altera pars labri, ne huc atque illuc dilabatur, sed immobilis maneat dum perforatur, conspiciatque acus possit perfissum illud, et excipi, ubi iam pertransijt. His instrumentis ita paratis, quum ad suendum deuenitur uitare oportet uasa, neruos, chordas,: quæ partes si suantur facile abrumpuntur: preterquamquod dolent, et inflammātur. Vulnera autem illa, quæ altiora sunt, sine sutura relinqui

linqui debent, ne agglutinata superficie, interiores partes disiunctę manerent, ac sinuatę: quę autem uetusta sunt, et callosa labra habent, frustra suuntur, nisi prius scalpello exasperentur, et quasi recentia facta glutinari possint. Tum uero imponi sutura minime debet, nisi quum uulnus intus purgatum est, ne quid ibi concreti sanguinis relinquatur: id enim et in pus uertitur, et inflammationem mouet et glutinari uulnus prohibet. ne linamentum quidem, quod supprimendi causa ibi inditum est, relinquendum est: nam id quoque inflammat. Vbi iam sutura requiritur, oportet non cutem tantum comprehendere sed aliquid etiam ex carne, ubi subest, quo ualentius haereat, neque cutem abrumpat: nec sit sutura nimis rara, aut nimis crebra: quę nimis rara est, non cotinet, quę nimis crebra uehementer afficit, quia quo sępius acus corpus transit, et plura loca iniectum uinculum mordet, eò maiores inflammationes oriuntur: nullā pręterea uim desiderat sutura, sed eatenus utilis est, quatenus ducentem quasi sua sponte obsequitur: iungat uerò oras, quę ne ipsę quidem interse contingere ex toto debent ut si quid intus humoris concreuerit, sit qua emanet. Vbi autem in suendo acus unà cum filo traiecta fuerit, labrum uulneris specillo quasi fulcro sustineatur, ne sequatur dū filum ducitur. Quum iam agglutinatum uulnus est, præcidi sutura debet, et filum detrahi: euenit hoc ante sextum diem, si ultra retineatur, frustra hominem torquet, dolorem atque inflammationem concitans: subijcitur autem filo dum pręciditur specilli mucro, sed dum extrahitur, latiore specilli extremo caro repellitur. Sunt hæc communia cuiuscumque

uulneris, quod suatur. Proprie autem quædam animaduer siones in partibus certis requiruntur, siquidem uulnus in abdomine suendum est, eo modo, quo Galenus docet sexto libro de medendi methodo quum inquit. Quoniam coire co alescere quæ cum peritonæo oportet abdomen. incipiendum qui dem à cute est, atque ab extremo introrsus acus iniicienda. Vbi uerò tum cutem, tum rectum musculum totum transierit prætervito quod ei subest peritonæo. per reliquum peritonæũ eam ab interno extrorsus iniicies. atque inde per reliquum abdomen ab interno extrà transmittens. Vbi hoc penitus trãs sijt. rursus ab externo introrsum idem abdomen est perfo randum. Mox ubi peritonæum quod illi quoque subhæret præteriens. atque ad contrarium ueneris, hoc quoque ab in terno extrorsus perpungendum unàque cum eo totum ipsi uicinum abdomen. Deinde ab hoc rursus incipiendum. atq3 id cum contrario peritonæo est consuendum, ac rursus ui cina quoque cute transmissa, iterum ab ea parte acus in trorsus est iniicienda, consuendumque abdomen id cum contrario peritoneo, etiam inibi uicina cute transmissa, atque hæc iterum, iterumque facienda quo ad totum uulnus similiter consuerimus. Interuallum uero quod suturis in= teruenit, quod ad compescenda pertinet ea, quæ subsunt breuissimum esse postulat: quòd uerò ad firmitudinem ip sius cutis. quæ in interuallis suturarum est, ne cubi rumpatur breuitas parum tuta est. quare utriusque uitato excessu eligenda mediocritas inter utrumque est. Iam hoc quoque omnium ulcerum commune quodam modo est, sicuti etiam ipsius quo suitur fili consistentia. Nam quod iusto durius

est, [illegible] ſi est, quod mollius ipsum [illegible]
rumpitur. Æque vero si proxime summas oras acu traiece-
ris quod reliquum est cutis, quoniam minimum est, dum
violenter adducitur, cogit [illegible] perrumpi. Si plurimum ab ijs
recesseris, multum cutis inglutinatum relinques. Hæc tamet-
si omnium sint ulcerum communia, maxime tamen fugienda
in abdomine suendo sunt. Ipsa vero abdominis sutura
aut iam dicto mo[illegible] administrabitur, utique si quis huc
studium dirigat, ut peritonæum abdomini coalescere faciat.
[illegible] enim cum eo coalescit, ut potè nervosum, aut (sicut non
m[illegible] qui quæ [illegible] sunt utique perito-
næo peritonæum, abdomini abdomen necdunt. Id fiet ad hunc modum.
oportet à vicino nobis abdomine incipere, atque ab externo
introrsum per id tantum acum transmittere. Post præte-
ritis utrisque peritonæi labris, ex adversa parte, ab exter-
no introrsus per utrumque eius labrum acum revocare
deinde rursus hanc revocare, atque ab interno extrorsum
per adversum abdomen traijcere. Hic modus à publico et
exprompto, quo videlicet uno adactu per quatuor labra
acum transmittunt; hoc discriminis habet, quod totum
peritonæum, intra abdomen prorsus abscondit. Ad intes-
tina vero vulnerata adhibetur sutura acu ducente filum
quod involutum sit tenui tunica intestini alicuius anima-
lis: sic enim mollius insidet, neque abrumpit locum as-
sutum: extrema autem fili extra plagam abdominis extra-
huntur, ut quum glutinato iam intestino, filum putre-
scit, eximi possit. Sunt qui formicas magni capitis labi-
is vulnerati intestini in unum adductis imponunt, dum

[illegible]
[illegible] formicae [illegible]
[illegible]
[illegible] fibulae est, [illegible]
[illegible]
[illegible] potissimum solent ad uulnera facici.

Fibula [illegible] est, cum acu filum ducentes ad [illegible] quę coniunximus: differt [illegible] labrum, praeci[illegible] fi-bula [illegible] metalli [illegible] quod alioquin separarentur [illegible] infibulatur praeputium [illegible] loquimur, fibula fit per [illegible] cum, aut ex lino, non secus quam su[illegible] animaduersiones requirit: tot autem fibulę [illegible] quot abunde possint coniuncta labra [illegible] a oras magis iungit, fibula [illegible]. Sunt et qui pro filo uulnera quę [illegible]ant, coniuncta seruent acubus pluribus locis defixis, ac filo ab utroque extremo obuolutis: seruat [illegible]m eiusmodi fibulas dum uulnera glutinentur.

[illegible] deformitas magis euitetur, sunt qui pro sutura, uel fibula [illegible] agglutinent ab utraque parte uulneris: quos [illegible] ubi agglutinati sint fibulis, uel suturis [illegible] ligant, et ita seruant oras uulneris coniunctas. medicamenta autem quibus panni agglutinantur ἐκκολλα

ει

et ἀνακολλήματα, græcè nuncupantur: huiusmodi est id, quo
Hippocrates utitur ad maxillam fractam, ex gummi, et ad na=
sum fractum ex farina triticea glutinosa respersa: huiusmo
di etiam est quod ex albo oui et thure pingui: quod item à Ga
leno fit ex mucco cochleę: præterea quod à recentioribus ad=
hibetur ex mastice, thure, tragacantho, polline farinæ, sar
cocolla, ac pice liquida. facilè autem inhærescunt hæc medi
camenta, et exsiccata agglutinantur, ita, ut sui possint pani
quasi labra uulneris, sine dolore, sine deformitate. sed de
his hactenus.

Non rarò etiam euenit ut quæ coniuncta sint diduci debeāt, sive præter naturam coniuncta sint, sive etiam secundum na= turam: sed non possint ita seruari ob malum aliquod imminēs: omnia autem hæc aut ita coniuncta sunt ut coalescant, aut ita ut quasi glutine quodam [illegible], aut ita ut tantum se co- tingant. Sunt uero quæ quouis modo coniunguntur, aut par= tes molles ac carnosę; aut durę uelut ossa: coalescunt inter se partes carnosę, quæ secundum naturam disiunctę esse de= berent, ut digiti, labra, orę uteri, palpebrę quanquam hæ nō solum inter se, sed etiam cum subiectis oculi tunicis coalescūt: eiusmodi autem uitium, uel in utero protinus contractum est, uel postea ex communi exulceratione. Euenit etiam interdum ut coalescant labra ulceris summa, quamuis internę partes dis= iunctę maneant, et minimè agglutinentur. Jam uero disiun= genda sunt ossa, quæ præter naturam cohęrent: disiungenda sunt et illa, quæ, quamuis naturaliter se contingant, peri culum tamen afferunt neruorum distentionis, si ita seruen tur. alligantur callo quasi glutine ossa fracta, quę ubi de

De diducendis quę coniuncta sunt. Cap: II.

prauatum membrum reddant, rursus disiungi debent, ut di
rigi illud possit: quod si tantum sę contingũt, et nondum co
feruerint, multo magis diduci debent, si membrum praue
compositum fuerit. antę etiam, quam componantur ossa
fracta ubi inter sę cesserunt, et alterum super alterum excedit,
separari debent, quę autem nuper composita sunt, aut in
suum locum restituta, si superueniat neruorum distentio,
[illegible] rursus repellerę ac separarę ut membrum relaxe-
tur: quod enim laxius est auctorę Hippocratę minus neruorum
distentionę occupatur quam quod tensum. Huiusmodi ferę
sunt quę separarę ac disiungerę oportet, et disiuncta etiam
seruarę, quod munus ad chyrurgiam pertinet, quam nunc
traderę oportet: uaria autem conuenit, pro uarijs partibus
[illegible]o modo inter sę coniunctis. Veniant primò in medium partes
molles ut digiti, quos [illegible] inter sę coaluissę: expedita sepa-
ratio est ubi scalpello diuidas, quanquam infantibus nonnul-
li filo serico eos s[illegible]ararę nitantur: at nę rursus cohęreant,
interponi emplastrum aliquod debet ex ijs quę, quod cruen-
tis uulneribus statim injiciatur, Enema dicuntur: excipi
id linteo debet, et ad utrumque digitum seorsum dari. Vbi
palpebrę uel inter sę, uel cum subiectis oculorum tunicis co-
aluerint, [illegible] demitterę leniter specillum oportet, ut patefiat lo-
[illegible]llo, quo eiusmodi coalitus resoluatur, ma-
gna cautionę nę oculi tunica aliqua uioletur: quo facto
inderę linamenta oportet, ac medicamenta idonea ne rursus
cohęreat. Eadem ratio est labiorum, eadem orarum uteri.
Quod si summum ulcus cohęreat imis partibus inter se dissiden-
tibus, ut curari intus possit, necessę est summę partes separentur:

id

id quod scalpello similiter fiet. sed ne rursus cohereant pro=uidebimus, demittentes linamenta, quę diducendi uim habeant, injicientes que uinculum, quod à parte affecta incipiens, utrin=que feratur uersus partem sanam: sic enim diducere [illegible]: nam quod contrario modo datur, primò scilicet super partem sanam impositum, obuoluitur uersus affectam, adducendi ac glutinandi facultatem obtinet, quemadmodum in superioribus monstrauimus. Restant ossa, quæ si nuper composita sunt, aut in suum locum restituta, superueniat que neruorum distentio, rursus expellenda sunt, ac separanda, modò id fieri commodè possit: nam extendi rursus debent, et manibus cogi, quædam uerò adeò arctè continentur, ut magis periclitentur si rursus distendantur, ac cogantur quàm si ita coniuncta, composita ac restituta relinquantur. Illa autem oſsa, quę fracta interse cocierunt, si callo nondũ glutinata sunt, separari debent eo modo, quo infra docebimus, quà de componendis fractis. At ubi callus iam contractus est, soluendus est, eo modo, quo nunc subijcimus. Pone igitur prauè composita esse ossa quæ prius fracta erant, ita, ut membrum peruersum conspiciatur: expelli hæc rursus debent, ac separari, ut membrum ad naturalem habitum re=uertatur, ratio separandi non eadem est, multum enim in=terest soluta ne adhuc maneant, an callo alligata, atque hoc uetusto ne ac duro, an recenti et tenero: producitur cal=lus tenuioribus ossibus breuiori tempore, grandioribus lon=giori. oſsa pedis et manus uiginti diebus conferuent: ossa brachij [illegible]: os humeri quadraginta [illegible] totidem etiam os cruris, ubi homo quiescat, alioquin pluribus: os femoris quin=

quaginta dies postulat, antequam callo obducatur. Quanquam in hoc casu plurimum differt natura à natura, et ętas ab ætate ut Hippocrates monuit. Ergo ubi callus nondum contractus est, et membrum peruersum sit, diducere rursus ossa opor: . id quod fiet extendendo, et manibus cogendo. At ubi genitus iam callus sit, sed adhuc recens, ita ut os nondum eò solidatum fuerit, aqua calida perfundendum, adiecto oleo copiose, utendum frictione, cataplasmate, balneo dum mollior fiat, sicque resoluta ossa uehementer distento membro manibus separanda sunt. Quòd si uetustior fuerit callus, et iam indurauerit, non est quod tentes frangere: nam ex ui nimia magnum infortunium impenderet. Alia igitur chyrurgia opus est, nam secare prius carnem oportet, deinde scalpello callum abradere, et ita ossa resoluere, quod fortassè tutò fit, magnum tamen affert tormentum. Quam obrem interrogare hominem oportet, malit ne deprauatum membrū seruare, an cum eiusmodi cruciatu corrigere: id quod primo libro in uniuersum admonuimus, quum animaduersiones ad chyrurgiam necessarias proponeremus.

De dirigendis peruersis Cap. III.

At non aliud est coniungere, ac disiungere, de quibus egimus, quam in suum locum restituere quod excessit: greci dicunt ἐπανορθοῦσθαι et διορθοῦσθαι ad quod multa alia referuntur, quę nunc subijcienda sunt, ac primò dirigere quod separatum est, cuius gratia sepenumero quę coniuncta sunt separamus, ut proximè tradidimus. Complura autem sunt quæ peruertuntur ac dirigi debent, ut ossa et cartilago quum franguntur: quę non solum subictu, sed, quod malè etiam à medico componantur deprauari solent: tum membra in infantibus, quod ab obstetricibus, uel nutricibus prauè tractentur: in alijs etiam ex

inflam=

inflammatione, scirro; coalitu partium ulceratarum: peruertūt etiam pili in palpebris ita ut in interiorē partē cōuersi oculū infestēt. Quicquid autem peruertitur, et ob quamcumque causam, dirigendum est ut, ad naturalem statum reuertatur: dirigitur interdum medicamentis illis, quę inflammationi aut scirro medentur, sed plerumque Chyrurgia quę ob alias causas depravatis succurrit adurgendo id, quod depravatum est, ab ea parte in quam uenit, cogendoque uersus illam, à qua recessit. In dirigendo autem affectas partes, spectare sanas oportet in eodem homine, ad quarum exemplum restituere illas oportet, ut brachiū peruersum ad exemplum brachij integri, crus peruersum ad exemplum cruris integri. Quod si tam dextra, quam sinistra pars in homine peruertatur, dirigenda est ad exemplū similis partis in simili homine: id quod fieri etiam debet, ubi diriguntur partes, quæ in homine singulares sunt, ueluti nasus. hoc autem quod de fractis dicitur, ad luxata quoque pertinet: præcipit enim Hippocrates ut utraque restituantur in sedem naturalem: et ita relinquantur, non tamen exquisite, sed sic ut paulò ultra compellantur ad contrarium eius loci, in quem diu peruersa spectarunt: nam quum in hunc reuertentur, in medio collocata consistent,: quod si relinquantur à nobis in medio, reuertentur ad depravationem diuturnam: euenit enim membris nostris, quod lignis euenire cernimus, quę quum diriguntur à fabris, non perducuntur ad medium dumtaxat: sed ultra etiam coguntur sic, ut spectent in contrariam partem eius, in qua male peruersa consueuerunt, ut quum ad eandem reuertuntur, consistant in medio. hoc quod et rebus externis, et uitijs corporis accidit

euenit etiam uitijs animi, quę quum corriguntur, postu-
lant (teste Aristotele) ut homo perducatur non ad uirtutẽ
mediam, sed ad aliud uitium extremum: nam si fiat prodi
gus qui auarus est, quum reuertetur uersus pristinam aua
ritiam, facile consistet in ipsa liberalitate, quę media est.
Hæc quę in uniuerſum ita constituta sunt, transferre nunc
ad singulos casus oportet, uidereque qua ratione curentur
[illegible]. Pone igitur cartilaginem abrumpi in naso ita, ut
deprauetur, dirigendus est à medico manu, conseruandusq;
sic directus dum coaleſcat: iubet autem Hippocrates ut con
seruetur demiſſo utroque indice hominis laborantis: sed uix
reperias, qui eiusmodi tedium, ac molestiam perferat: defor
mitatem enim (ut idem subdit Hippocrates) oderunt omnes
sed pauci sustinent id, quod ad curationem requiritur.
Quare pro digitis indemus in nares spongiam, aut penicil-
lum, ita, ut accommodetur ad conseruandum nasum compo
situm dum coalescat. At ubi oſſa frangantur transuerſa
cedere inter se solent, ita, ut non solum contrahatur mem-
brum, sed etiam peruertatur: quamobrem dirigi debet ex-
tendendo, ac manibus adurgendo: id quod clarius in se
quentibus patefiet. Quod si fracta ossa iam composita sint
et inter se coniuncta, praue tamen, ita, ut peruerſum mem
brum conspiciatur, quid agendum sit, et antequam callo
firmentur, et postquam firmata sunt, ut membrum dirigan-
tur, satis in superioribus indicauimus: cauere autem opor
tet, dum diriguntur, ne illa quę naturaliter gibba sunt
tentemus rectè componere, nam sic magis peruerterentur:
humerus enim ab exteriori parte gibbus est, peruerti autem
facile

facile solet, ubi male curetur, perinde atque alia ossa, quę
natura aliter aliqua parte gibba sunt: Ergo ubi tale aliquid
timetur, lata fascia humerum excipiens circa pectus aga
tur: quum quiescere humerum oportet, pannus multiplex inter
cubitum et latus subijciatur uel quidpiam huius generis: hac
enim uia dirigetur, caue tamen ne nimis in interiorem par=
tem conuertatur. Ubi autem suspenduntur membra, utendum
suspendendi ratione contraria peruersioni, ut mitella ad bra
chium, nunc attollente, nunc deprimente, pro ut expedire ui
debitur. Vinculum uero arctetur à parte, in quam os uenit
relaxetur ab ea, à qua uenit, ut admittatur quod recessit, ac
peruersum est. Peruerti etiam diximus membra infantibus, quod
praue tractentur à nutrice, uel obstetrice: id quod potissimū
cruribus euenit: dirigenda autem sunt et manibus et uincu=
lis sic, ut ad naturalem statum reuertantur: maximam uim
habent calciamenta idonea, ubi pars quę dirigitur iam cō=
firmata fuerit: neque ossa mollia amplius sint: prohibent
enim adurgendo ne crus et pes ad priorem depravationem re
uertatur. Utuntur recentiores et ferulis et laminis ferreis,
per quas assuescunt crura in contrariam partem spectare fa
cile autem res succedit, ubi membra adhuc tenera sunt, non
sic ubi per ætatem firmiora euaserunt. Pręter ossa et cartila=
ginem peruertuntur partes carnosę ex ulcere ueluti digiti,
quod male [inducta] cicatrice curuum reddit parum: in quo ad primum
malagma tentandum est, dein si nihil prodest, quod et in ue=
teri cicatrice, et ubi nerui læsi sunt euenire consueuit, uide=
re oportet nerui ne id uitium, an cutis sit,: si nerui est, attin=
gi non debet neque enim sanabile est: si cutis tota cicatrix ex=

idenda est, quæ ferè callosa extendi digitum non patitur: ... m rectus sic ad nouam cicatricem perducendus est. At ubi palpebrarum pili peruertantur ita, ut uersus oculum conuersi molestiam afferant, non opus est euellere, nam sic ... escentur molestiores sed si unus uel alter molestus sit, gummi glutinetur cum alijs non peruersis, aduratur locus, sic ut alter rursus nasci non possit, aut acu capillum ducente perforetur palpebra ab inferiori parte sursum, demissus quoque pilus palpebrarum in sinum capilli iniecti in acum attrahatur per foramen illud ad partem superiorem: sic quoque assuescat sursum conuerti, neque ultra molestiam afferat.

De reponendis ijs quæ suo loco excesserunt. Cap. IIII.

Ad corrigendum similiter pertinet reponere, quæ suo loco excesserunt, siue mollia sint, siue dura: mollia sunt intestina, ... mentum quæ ex uulneris abdominis prodeunt, aut in inguem ac scrotum delabuntur: eiusmodi etiam est uterica ... x: dura autem sunt ossa, quæ luxantur aut franguntur: omnia autem arte restituere in suum locum oportet, neque ... natura efficere hoc potest: utitur ars non uictus ratione non medicamentis, sed manu, quum reponit quod suo loco motum est, ita ut hoc opus ad chyrurgiam pertineat: manu ergo siue sola, seue alijs etiam adhibitis instru... is restituere in suum locum oportet id, quod excessit, dandaque opera est, ut quod repositum est, firmiter postea contineatur: id quod magis manifestum fiet, si sigillatim perpendamus qua ratione unumquodque reponatur: sumemus ... itium ... mollibus. Si ex uulnere abdominis omentum exeat, statim reponendum est, nam externo & insueto aere circumdatum alienatur, ita, ut nigrescat, et forfice excidendum sit,:

quam ob=

quamobrem antequam hoc accidat statim ubi exit, mani-
bus intro compellendum est, sed ubi diutius extra mansit, to=
tum id quod alienatum est filo adstringendum ne sanguinē
fundat: dein præcidendum: sed capita fili extra uulnus ab=
dominis in ima parte relinquenda ut quum exciderint facile
educi poßint. Quod si ex abdominis uulnere intestina exie-
rint sic reponenda sunt: minister oras uulneris leniter di=
ducat manibus suis, uel etiam duobus hamis membranæ interi=
ori subiectis, Medicus autem intestina, quæ posteriora pro=
lapsa sunt, condere priora debet, sic, ut orbium singulorum
locum seruet: repositis omnibus leniter homo concutiendus
est, quo fit, ut per se singula intestina in suas sedes deducan
tur: et ibi considant: ubi iam sicciora intestina sint, faci-
lius reponentur, si perluantur aqua, cui paululum olei sit
adiectum: ubi inflentur et propterea reponi nequeant, fo=
mentis discuti flatus debet: ubi plaga angustior sit, quàm
ut facilè eadem admittat, scalpello amplianda est. Sed siue
omentum siue intestina reposita fuerint plaga suenda
est, quemadmodum supra monstrauimus, quum de sutura
loqueremur: sic enim seruabuntur quæ reposita sunt. Ubi
tam omentum quàm intestinum in inguen ac scrotum dila-
batur, similiter manu reponendum est, dein fascia ido-
nea coercendum, ne rursus exeat ea ratione iniecta, quā
supra docuimus, quum in uniuersum de alligandis eiusmo=
di partibus loqueremur: quòd si fascia non satis prohiberi
possit ne rursus illabatur ad scalpellum ueniendum est;
ut plagæ factæ cicatrix fortior locus, ubi eadem agglutinet, et id
quod fiet demota cicatricula quo maior plaga sit, hoc=

ardescenis posſit : potest et locus candenti ferramento aduri ut magis adhuc adstringatur. Si anus procidat per mollem spongiam repellendus est. tum homo manibus alligatis paulum temporis suspendendus, si amplius procidat, ilia cingantur fascia, quæ ex zona à posteriori parte dependeat, intestino intus compulso, spongia superdetur. et fascia inter crura porrecta alligetur ad Zonam, sed ne rursus procidat in deijciendo desidat homo subiectis asseribus angustis, uel si puer est, in pedibus fœminæ ad genua adhærens: inter desidendum crura habeantur extenta: ubi autem facile rursus [illegible] rectum [illegible] uber supponatur, et [illegible] nutamentum mouentia in nares indamus, sic enim extra magis expelletur, ac detergi poterit. et rursus conditum firmius retinebitur. Eadem ratio est ceruicis uteri prolapsæ: reponi enim leniter per spongiam debet. et uinculo ad uterum idoneo contineri

Præter partes molles moueri etiam suo loco diximus duras ueluti oßa quum luxantur aut franguntur: de quibus nunc agendum est. Luxata igitur, ut ab his ordiamur, non aliud sunt, quam articuli, qui suo loco mouentur, siue tantum moueantur, siue etiam adijciatur carnis uulnus, ita, ut ex plaga excedant, aut etiam fractura addatur. Veniant primò in medium ea luxata, quibus neque carnis uulnus, neque fractura acceßit: casus hic quamuis simplex uideatur, non tamen est simplex, sed adiunctam habet membri contractionem, ac peruersionem: contrahitur enim quod luxatur à musculis qui suopte nutu sursum contrahuntur, cùm non retineantur amplius ab articulo in suo sinu existente. Peruertitur quod

ea pars in quam articulus uenit, magis gibba reddatur: quæ ergo simpliciter luxantur, simul etiam contrahuntur, ac peruertuntur: quamobrem non solùm recondi in suum locum debent, sed extendi etiam ac dirigi: primò autem extenduntur ac diriguntur, deinde extenta ac directa in suum locum compelluntur. Extentio luxatorum consimilis eis quæ fractorum iusta esse debet (ut antea tradidimus ex Hippocratis sententia, quum de extendendi ratione loqueremur) dum extenduntur interdum dirigi debent membra, quemadmodum de dirigendo paulo supra docuimus. Ubi extenta et directa fuerint membra luxata, tunc paulatim distentione relaxata cogendus est articulus, ita, ut in suum sinum reuertatur. quod inter initia si fieri potest, agendum est, antequam inflammatio superueniat, aut locus frigore adstringatur: si inflammatio superuenit expectandum est, dum quiescat, si locus induruit, ante relaxandus est cataplasmate, fomento idoneo in loco calidiore: ad impellendum uero utendum manibus, quæ interdum solæ sufficiunt, interdum postulant instrumentum aliquod, quod maiorem uim afferat: neque enim æque facilè restituuntur omnia luxata, sed multum differunt articuli ab articulis, nam cubitus ægrè reponitur, humerus facilè, facilius genu: ligamenta etiam plurimum inter se distant, quibus iuncturæ illigantur: nam quæ molliora sunt, ut facilius excidere, ita etiam recondi articulum sinunt: quæ duriora neque promptè excidere patiuntur neque promptè reponi: plurimum etiam distat habitus ab habitu; si homo hebes est, articulus non nisi magna ui reconditur: si gracilis, non

multam uim postulat, ut recondatur, sicut facilè etiam ex=
cidit: quod et boues demonstrant, quibus, cùm hyeme graciles
sint, facilè articuli luxantur: ergo ubi facilè articulus in
suam sedem reponi poßit, sufficiunt manus, quæ compellat
ubi res difficilior sit, postulat præter manus instrumenta, ut
uectes, quibus articulos urgemus, quum scamno Hippocratis
utimur, axiculus etiam qibbus qui in summo organo fabri con
tinetur, plurimum prodest ad humerum in suam sedem restitu
endum: quamquam ad humerum recondendum utitur Hippocra
tes tuberculis digitorum alterius manus: utitur et calce ac pila
ibi [illegible] homo humi supinetur, medicus [illegible] ab ea
parte a qua articulus eruperit humi sedeat, deinde suis mani=
bus brachium hominis affectum prehendat, ac deorsum uersus
extendat, et calce in alam demißo dextro quidem in dextram,
sinistro in sinistram, in contrariam partem urgeat: necesse
enim [illegible] in sinum alæ rotundum aliquid demittat quod ibi
aptetur: maximè idoneas esse ait pilas paruas admodum, atque
duras, quæ è corio fieri suuntur: nam nisi tale aliquid in
datur, non potest calx ad humeri caput peruenire: brachio
enim ab extremo parte extento [illegible]
dæ ab utraque parte alam constringunt intersè aduersæ:
oportet autem aliquem ab altera parte eius qui extenditur
sedentem continere hominem ab integri humeri cum lato
scapularum osse commißura, ne corpus ducatur affecto
brachio ab altera parte extento [illegible] loco molli ab [illegible]
lato pilam in alam coniectam excipere, cuius loci utrumque
caput alter extendat, qui à capite hominis sedeat, pedeque eam
partem repellat, ubi iugulum cum summitate lati scapularum
ossis

ossis coniungitur, pila vero quantum maximè potest intus conijciatur, atque ad latus, et à capite humeri recedat. Docet et alium humeri reponendi modum Hippocrates, quo super summum humerum alterius hominis hominem collocat sic ut maior is sit, super quem collocatur: debet autem apprehenso brachio laborantis summum humerum suum excitatum alae ipsius subijcere, postea conuerti, quasi sedili uelit insidere, eò spectans, ut summo suo humero aeger ala suspendatur, ipse verò se ipsum ab eo humero magis excitet, quàm ab altero. suspensique hominis humerum quàm celerrime ad suum pectus adducat, ita vero figuratus concutitur quum hominem suspenderit, ut reliquum corpus in contrariam partem inclinetur atque humerus. quodsi homo leuis admodum fuerit, appendatur ei à posteriori parte leuis aliquis puer.
Addit etiam Hippocrates eos qui super pistillum cogant prope secundum naturam restituere, sed iubet inuolui pistillum molli aliqua materia ut minus elabatur, atque inter latus et humeri caput demitti. ubi autem pistillum breuius fuerit, praecipit ut homo alicubi sedeat, sic, ut uix iniicere humerum super pistillum possit. si vero autem pistillum adhiberi longius docet sic ut homo instans paene ex eo pendeat. debere humerum et brachium super pistillum extendi, sic, ut interim alter corpus in alteram partem adurgeat manibus ad collum datis iuxta iugulum. Sed meliorem adhuc modum reponendi ait, esse per scalam, quando quidem tutius suspensum corpus non magis in hanc, quàm in illam partem inclinabitur: sed alligandum esse ait super gradum rotundum aliquid, quod sinui alae conueniat,

quo humeri caput in suam sedem compellatur. Verum inter
omnes reponendi modos praestantissimum esse ait, quum ligni
acceptum ad summum quinos, uel certe quaternos digitos
latum, crassum binos aut etiam minus, longum cubitos duos
uel paulo breuius, quod ab altero extremo rotundum sit
aequalissimum, ac maxime tenue, in summo capitulum ro
tundum ac leniter cauum habeat, paruumque extet ab una
parte [illegible] uersus latus, sed uersus humeri caput,
ut hoc subiiciatur accommodatum alae iuxta latus, summo
[illegible] uel mollis habena agglutinatur
ut mitius sit: deinde caput ligni in alam demittitur intro
[illegible] et humeri caput brachium totum
[illegible] alligatur quae paulum infra hu
merum [illegible] supra manum, ut quam maxi
me immobile sit. maximi autem momenti existimandum
esse [illegible] lignum ultra humeri caput in alam m
[illegible] aliquod lignum transuersum bra
chium imponit, cum ligno prius dicto alligatum, sic, ut ab una
parte sit brachium ab altera corpus: debet autem lignum
transuersum ita sublime esse, ut reliquum corpus sublime
[illegible] sit: tunc igitur ab una parte brachium cum
ligno, [illegible] reliquum corpus attrahitur, quo fit ut
[illegible] opinione recondatur humerus, praesertim si casus re
cens fuerit. Ut autem hoc adhibet Hippocrates ad humerum
praeter manum, ita etiam alia ad alios articulos, ut linteum durum
implicitum non magnum transuersum qua cubitus cur
uatur, ut eius articulus in suum sinum redeat. Defigit etiam
[illegible] cum paxillis ad cogendas spinae uertebras lu
xatas

xatas. Sed siue solis manibus, siue etiam alijs instrumentis restituere prolapsum articulum decreueris, memento idem iter ab [illegible] est, quum [illegible] quod fecit quum prolapsum est, sed contrario modo: sicut eadem uia est Thebis Athenas, quae Athenis Thebas sed contrario modo: nam quod in discessu primum factum est iter, ultimum fit in reditu: eadem ratio est articulorum, quum in suum locum conducuntur: compelli enim eadem uia debent qua excesserunt quum retrocedere debeant: retrocedent autem si repellantur ab ea parte, in quam uenerunt attrahantur uersus eam, à qua prolapsi sunt: nam et humor, quum inflammatis partibus retrocedere [illegible], postulat partim repellentia, partim attrahentia ac deriuantia: similiter siue manibus solis, siue etiam adhibitis instrumentis retrocedere debeant articuli, necesse est partim repellantur ab ea parte in quam uenerunt, partim attrahantur [illegible] à qua discesserunt. Sed ubi iam repositi sunt, ut firmiter [illegible] ne rursus [illegible] labi possint, uinculis [illegible] de quibus supra loquuti sumus, quum ageremus de ratione uinciendi, quam diximus aliam [illegible] quibus [illegible] et quod luxatis. [illegible] albo oui intinctam superimponunt, uel cataplasmata aliquod adstringendi uim habens, deinde alligant. Hippocrates imponebat pannos cerato liquido madefactos, ut inflammationem [illegible] superueniat, satis homo adstringit, ita, ut non facile rursus excidat articulus: utro[illegible] modo [illegible] succedit: nam ubi [illegible] culum adhibitum sit, et quiescat homo, satis firmiter articulus continetur; Hactenus de luxatis dumtaxat: quod si

carnisque quoque vulnus adiiciatur et articulus cutę excedat duplex tunc curatio requiritur, una quę sit idonea vulneri altera, quam diximus pertinerę ad luxata: res autem tunc valdę periculosa est, postulatque inediam, sanguinis detractionem, et ea quę inflammationem prohibeant: si dirigamus extendamus ac reponamus articulum, solet inflammatio ac [illegible] superveniri quae [illegible] interimit: si relinquatur extra suum locum, videtur medicus arte destitui, ægrotans autem in deformitatem, atquę actionis noxam perpetuam incurrit. Quamobrem monet Hippocrates, ut quę ossa cruris luxata cum vulnerę excedunt supervenientę nervorum distentione, rursus expellantur. quod si nequę reponas, nequę tentes reponerę plerique evadunt: eadem ratio nem [illegible] aliorum articulorum ut brachii, cubiti: in digitis etiam manus et pedis, ubi cum ulcerę luxentur, scribit non deessę periculum distentionis nervorum, nisi rectę attendantur, facillimę quę ait taxillo adhibito eiusmodi articulos excedentes reponi, tamen nisi vereatur medicus ne vulgo imperitus habeatur relinquet eodem auctorę, articulos eos, qui luxati ex cute excesserunt. Quod si luxatis fractura accedat, et reponendum quod luxatum est, et quod fractum componendum: ab eo autem incipiendum est, quod quum restituit non facilę rursus moveatur in restitutionę alterius, et ideirco prius recondi articulus debet. Qua rationę luxata restituantur, satis diximus: videndum nunc quomodo componantur fr[illegible].

[illegible] compo[illegible] fractis. Cap. V.m

Fr[illegible] igitur ossa [illegible] contingant, possintquę callo quasi glutinę alligari, sicque quod

quod diuisum est, et solutum rursus unum fiet, si non uerè con=
tinuum, quemadmodum caro quæ soluta rursus coalescit et
continuatur, certè per aliquod medium ueluti ligna inter se glu=
tinantur, atque hoc pacto ualebit suum munus obire. sed cum
ossa quæ franguntur, interdum transuersa, interdum in lon=
gitudinem abrumpantur: quæ in longitudinem tantum uin=
culo comprehenduntur, neque aliam compositionem deside=
rant: quæ transuersa καυληδον et ραφανιδιον græci dicunt id
est ad modum caulis, uel radicis, postulant compositionem,
de qua nunc agendum est: atque hæc rursus distinguere opor-
tet nam aut sola fractura est, aut fracturæ carnis quoque
uulnus accedit, aut etiam excessus articuli ex suo loco. aga=
mus primò de fractura sola; desiderat hæc non solum ut
coniungatur quod diductum est, sed etiam ut distendatur
quod contractum, et dirigatur quod peruersum: siquidem
ubi os transuersum frangitur, contrahitur pars inferior
sursum à musculis, qui suopte nutu sursum mouentur, quem=
admodum consueuerunt tempore sanitatis, neque prohiben=
tur ab osse perpetuo et integro, sicuti tunc: sed liberè pos=
sunt sursum moueri, quo fit ut membrum contrahatur, si ^sed quū cōtra=hitur
mul etiam peruertitur, neque enim seruat naturalem habitū,
quo fit ut extendi debeat quod contractum, dirigi quod
peruersum, coniungi quod disiunctum: tria enim hæc ope=
ra conueniunt, quæ manu molienda sunt à principio, ut
primo, secundo, aut tertio die, nam postea oritur inflam-
matio, quæ non patitur affecta membra tractari: quam
ob rem aut à principio tractanda sunt, quod antiquissimū
est, aut post septimum, ubi inflammationis suspicio desijt:

ex tribus autem operibus, incipiendum est ab extentione sine qua nec dirigi potest quod peruerſum, nec coniungi quod diductum. à distentione igitur ordiemur, quæ qualis con ueniat, supra demonstratum est, quum ageremus de disten dendo: quod si commodè distenderimus, quod contractum est, facile poterimus deinde et dirigere et coniungere, quæ alioquin sine periculo fieri non poſsent: neque enim à ser ra fit diuisio, quum frangitur os, sed testæ inæquales exci dunt, quæ ad unguem in suum locum reponi debent, alio quin non poterit ex toto coniungi quod diductum est. At dum tractantur eiusmodi oſsa, nisi extenta sunt, periculum est, ne aliqua testa abrumpatur, ne ue caro uioletur: intentione adhibita prominentioribus palmarum partibus dirigere per uersas partes oportet dum ad pristinam naturalemque figu ram reducantur: in dirigendo enim sequi hoc oportet ad exemplum paris sanæ similis ut supra demonstratum est: quod autem magis distet, magisque receſsit, propellendum uer sus eam partem à qua receſsit, reliquum uerò adurgendum: si quod in interiorem partem uenit, in posteriorem impelli debet: si quod in superiorem, deorsum cogendum est: si quod in dextram impellendum ad sinistram, et ex contrario: semper autem, ut diximus, modice adurgendo reliquum os [illegible] osit ut dirigantur: ubi iam intenta et directa sunt perse in suum locum redeunt, ac committuntur: nam remis sa distentione musculi qui suopte nutu, ut diximus, sursum trahuntur, attrahunt etiam os inferius, quod cum è regi one situm sit, facile sursum attractum cum superiore com mittitur, et ad naturalem statum reuertitur: manibus

autem

autem tractant de oſsibus quæ simpliciter franguntur nam ubi diſiuncta fuerint diriguntur simul et coniunguntur solis manibus. scire tamen licet hoc ea nisi constat in membris ut in brachijs, cruribus, pedibus, manibus: nam aliæ partes non ita facile eiusmodi compositionem admittunt: maxilla habenam agglutinatam requirit, per quam componatur: iugulum ubi transuersum fractum est, uinculo cogitur, quemadmodum ubi diductum, de quo supra egimus, quum tractaremus de coniungendo: costa autem si transuersa frangatur, non potest manibus coniungi: neque enim attingi potest pars, quæ intro secesſit: non nulli cucurbitulam admouent, quæ magis potest intus impellere, quam extrahere. Hippocrates pannis et cerato utitur, leniterque alligat. Ubi autem fractum membrum composueris, sic compositum seruari debet, ut super crescente callo glutinetur: nam si moueatur periculum est, ne rursus diſsideant, quæ coniuncta sunt: quod si imperaueris ægro quietem, uigilans fortasse obediet, dormiens nullo modo: ut igitur et dormiens et uigilans, quum aut cubile sternitur, aut ipse desidet, immobile fractum ac compositum membrum seruet, uinculo opus est, quo contineatur: interim enim increſcet callus. uinciendi rationem supra exposuimus, egimus etiam de ferulis, quibus præter fascias fulciatur: quoties autem resoluitur, dirigi et extendi debet, si opus uideatur. Iuniores medici cataplasma aliquod adstringens superimponunt, ut ex aloë, acacia, terra armenia, albo oui: ueteres solo cerato liquido contenti erant. sed satis de fractura simplici.

Si praeter fracturam articulus sua sede prolabatur, medi
cus non solum ad id quod fractum est dirigere consilium
debet, quemadmodum nunc docuimus, sed ad id etiam quod
luxatum, ita ut quemque quoque restitui oporteat, veluti
supra memoriae prodidimus. At si fracturae carnis quoque
vulnus accedit, ubi os fractum cute non excedat, eadem ra
tione res tractanda est, qua fractura simplex: nam exten
dere, dirigere, componere similiter oportet, ac deinde alli
gare: tantum habenda ratio vulneris est, quod afferre
inflammationem solet, ideo lenius res agenda: neque
committenda sunt presidia illa, quae tam quod pertinet
ad affectum locum, quam quod ad universum corpus, pro=
hibere inflammationem possint. At si os cute excedat, non
mediocre periculum subest, presertim si grande fuerit, quale
est os humeri, cum periculo enim reponitur: id quod
precidere oportet ubi restitui [illegible] [illegible] ne quod
ossa nimis inter se cesserint: sed ubi extremitas fracti ossis
non facile intromitti possit, incide serra, et rade quod rema=
net asperum, sic enim minori cui condetur: superponere au
tem fragmento ossis quod secandum est pannum perforatum
ac filtrum antiquam serram adhibeas: si magnum fuerit
quod excidendum est, incidatur parte habiliore [illegible]
intro demittatur. Ubi etiam grandiora ossa solis ma
nibus compelli in suum locum non possunt, Hippocrates
paxillis ferreis quasi vectibus ipsa compellit: magnam enim
vim affert vectis: tria autem refert Hippocrates cuneum
vectem, et axem, quibus maximam vim inferri ait: condito
osse quod excessit, utendum ijs quae inflammationem coerceat.
Sed

sed satis de compositione fractorum.

Ad dirigendum ea quoque opera spectare uidetur, qua claudimus quæ aperta sunt, aut aperimus quæ clausa: utrunque enim usu uenit, et manus auxilium postulat. Docet enim Hippocrates, quæ preter naturam aperta sunt, claudenda esse, et aperienda quæ præter naturam clausa: quanquam interdum, quod secundum naturam apertum est, claudi debet ueluti uasa per quæ succi transferuntur ab uno loco ad alium: et quod secundum naturam clausum est, aperiri, ut uitium cognosci, aut curari possit. quæ clauduntur fere sunt uasa unde sanguis effunditur, ueluti uenę et arteriæ siue medię apertę sint, siue extremę ad capita: sed euenit interdum quemadmodum diximus, ut secundum naturam pateant, hoc est canalem internum patentem habeant, quem claudere oportet, ne materia per ipsum distribuatur partibus, quæ inde male afficiantur. sed claudimus etiam quum partes, quæ nimis relaxatę sunt, adstringimus, ueluti umbilicum, aut peritoneum uelamentum ad scrotum, et inguina. Ad claudendum autem his rebus utimur, siue obstruere, siue adstringere opus sit, ubi medicamenta non sufficiunt; obstruimus super imponendo linamenta uulsa, uel abrasa, linteа, pennicillum ex pilis leporis, linamentum, araneam, lychnum, interdum uero et solum digitum. Adstringimus autem uinculo, uel laqueo: uinculo quidem uehementius arctato fit ut sanguis ferri non possit ad partes uasorum quę infra uinculum sunt (uoco autem infra uinculum illas, quę magis recedunt à iecinore, et corde: supra, quæ magis ad eadem uiscera accedunt) laqueo utimur, quum uasa excipimus:

De claudendo et aperiendo Cap. VI.

detracta enim cute demittitur acus sub uas, quæ filum du
cat sericum, aut ex lino crudo ne facile putrescat, quo filo ex
cipiuntur, et alligantur uasa ita ut non possint amplius
sanguinem fundere. Commode autem adhibetur laqueus
lupori, de quo supra tractauimus, quã de laqueis. similis la
queus utiliter adhibetur ad umbilicum adstringendum et
herniam.

Aperimus interdum quæ præter naturam clausa sunt, ut capi
ta uenarum in hemorroidibus, ut ceruicem uesicæ, unde uri
na exire debet, ceruicem uteri, anum ubi eorum foramen cla
usum sit: aperimus et ad cognoscendum, uel curandum ut
ante dictum est, uelut in fractura caluariæ ut deprahen
datur et curari possit noxa quæ subest. In angina aperitur
aspera arteria sub gutture, ne homo stranguletur, sed pul
mo inde educere, et attrahere aerem possit: aperitur et os
nasi iuxta oculi angulum, ut fistula eius loci sanari pos
sit, patefacto itinere materiæ per nares. Varia autem chyru
gia est, qua quod clausum est aperitur: scalpello utimur
ad uenam, ad uterum ad anginam, terebra ad caluariam.
ad ceruicem uesicæ aperiendam demittimus tenuem fistulam,
uel stilum plumbeum aut filum cera obductum: [illegible]
vum aperimus re aliqua aspera ut pumice, corio squatinæ
piscis, specilli cyatisco, ut docet Galenus secundo commen
tario in sexto libro de morbis vulgaribus: aperimus etiam
abscessus, ut supra docuimus, quum ageremus de operis inser
uientibus ad curandum, quales hæ existimari possunt, per
quas non curamus proprie quum aperimus, sed curationem im
pedientia remouemus: proprie autem curare dicimur, quum
aperimus

aperimus quæ præter naturam clausa sunt: hęc enim aperti onis opera non inseruit, sed agit.

Ex ijs quę ad dirigendas partes nostri corporis spectant: restat ut doceamus qua ratione reprimatur quod excedit aut resarciatur quod deest: utrumque nunc exponere institui= mus, orsi ab ijs, quę reprimunt quod excedit: excedit autem caro, quæ in uulneribus supercrescit, sicuti callus in frac= turis: excedit et tumor in strummis. Potest quod excidit medicamentis adimi, ut caro excedentibus, callus aut strum- ma digerentibus: Sed chyrurgia quoque idem prestare po test: duriorem enim carnem excedentem scalpello præcide= re possumus, callum uero qui nimis increscit, aut strummã nimis turgentem reprimere licet super alligato plumbo, quo utimur non ut medicamento, sed ut instrumento chyrurgico, quod sua grauitate reprimit, præsertim si uinculo adstrin= gatur, id quod ad chyrurgiam refertur: quamquam potest suo temperamento etiam reprimere quod excedit. alligat Hippocrates plumbum ad fracturam reguli extantem quo Paulus etiam coërcet callum in fractura turgentem: eodem reprimit Auicenna strummas, quanquam et calculus alli= gatus idem prestare uidetur: sed ommisso excessu, ueniamus ad contrarium uitium, nempe ad defectionem.

De reprimendo quod excedit et sarciendo quod deest. Cap. VII.

Quæ mutilatæ partes resarciri debent si fieri potest, sin minus, ita componi, ut uel usum aliquem ex arte acquirant, uel minus deformes, et indecorę reddantur, huiusmodi sunt curta in auribus, naribus, labris, quæ greci κολοβώματα appellant, huiusmodi casus etiam est, ubi cutis colis tegere glandem non potest: præterea quum desunt dentes, quum effossus

[illegible] oc[illegible] [illegible] abscissum crus, aut brachium. [illegible]
[illegible] possint [illegible]
[illegible] diximus, ut uel [illegible]
[illegible] deformitatem praeseferant. [illegible]
[illegible], quae parua sunt curationem admittunt, quae ma-
iora aut eam non admittunt, aut per ipsam, uel deformio[illegible]
[illegible] enim crea-
tur [illegible] haec ten-
[illegible] pariter celeri-
[illegible] primò cutem detraba-
[illegible] Post haec astuamus ac
[illegible] quae praeter na-
turam [illegible] supra tractauimus
[illegible] aliquo modo [illegible] imò natali die curta
sunt. Sunt qui [illegible] siue
[illegible] à Chyrurgico facta in
[illegible] agglutinetur, ac coalescat, deinde
exudetur ex [illegible] carne quantum restituere possit, quod
ex [illegible] At ubi cutis in cole minor est, quam ut te-
gere glandem possit, siue id uitium ab utero sit, siue mo-
re quarundam gentium homo fuerit circumcisus: extendi-
tur cutis ut circa glandem, ibique deligatur, deinde iux-
ta pubem in orbem tergus inciditur, donec coles nudetur,
[illegible] uel uasa, aut urinae iter uioletur: eo facto cu-
tis ad uinculum inclinatur, nudaturque circa pubem
uelut circulus, eoque linamenta dantur ut caro crescat et
id impleat, satisque uelamenti supra latitudo plagae prae-
stat. In eo autem qui circumcisus est, sub circulo glandis
scal-

scalpello diducenda cutis ab interiori cole est: resoluta autem cutis rursus extenditur ultra glandem, prohibeturque inflammatio: super glandem vero adverso emplastro posito induci cutis debet, sic enim fit, ut inferior pars glutinetur, superior ita sanescat, ne inhæreat. Quod si dentes decidant aut extrahantur addiji possunt, qui hos imitentur ex ebore [illegible] dentis equi: a quibus et aliquis usus præstabitur in loquendo, et forma restituetur. Ubi oculus effossus est, sunt qui similem ex argentea blattea emblemate idoneo tinctum [illegible] [illegible] palpebras curant, quo fit ut longe minor deformitas sequatur. Exciso manu ferrea [illegible] brachio alligatur, quæ usum aliquem ad præbendum et continendum præstat. Exciso crure sunt qui ligneam parent, quod non solum ad decorem, sed etiam ad ambulandum accommodatur. Hactenus de corrigendis per chyrurgiam partibus quæ in corpore nostro præter naturam affectæ sunt.

De humore per chyrurgiam transferendo aut educendo. Cap: VIII.

S[illegible] [illegible] opus [illegible] quod [illegible] præter naturam in corpore nostro versatur, sive sit humor, sive res solidior, aut ad alium locum transfertur ubi minus molestum sit, aut penitus extrahunt. Agemus ante de humore, deinde de re solidiore. Transfertur humor opera manus, quod aut reprimatur, aut evocetur: reprimitur fasciis eo modo datis quo supra docuimus, quum egimus de ratione injiciendi membra fracta: sic enim à loco affecto, ubi inflammationem excitaret, repellitur ad partem sanam, quæ sine ulla noxa illum admittit: sed transferri etiam diximus humorem quum evocatur ad alium locum: id quod fit cucurbitulis, de quibus egimus in secundo libro quadrope-

vis inservientibus: habent enim uim euocandi humorem ad eam partem cui defiguntur. at non solum reprimendo aut euocando manibus transfertur humor ex uno loco ad alterum. sed alia etiam uia ut concutiendo aut demittendo acum. scribit Galenus Iustum medicum ocularium sui temporis concussu solitum esse transferre pus ex superiori parte oculi ad inferiorem: collocabat enim hominem in sedili rectum, et caput utrimque à lateribus apprehendens, quatiebat adeo ut manifeste uideretur pus descendere, et ob grauitatem in inferiori loco insistere. At ubi humore suffundi pupillam cernebat, transferebat demissa acu. Cuiusmodi chirurgiam curare docet Cornelius Celsus, scribit enim suffusionis maturitatem quandam esse, expectandum que donec iam non fluere sed duritie quadam concreuisse uideatur: hominem uerò in sedili collocari iubet loco lucido, sic ut contra medicus paulo altius sedeat, à posteriori autem parte minister contineat caput eius qui curatur, et immobile prestet: nam leui motu eripi acies in perpetuum potest: curetur autem dexter oculus sinistra manu, sinister dextra tum acus admoueatur aut acuta, aut non nimis tenuis, demittatur que recta per summas duas tunicas medio loco inter nigrum oculi et angulum tempori propiorem, e regione mediae suffusionis, sic, ne qua uena ledatur, quum ad inanem locum uentum est, ubi prementi nihil renititur, inclinanda acus est ad ipsam suffusionem, leniter que ibi conuertenda, et paulatim deducenda infra regionem pupille, ubi deinde eam transijt, uehementius imprimenda, ut in inferiori parte insidat: si hesit, curatio expleta est: si subinde

redit


redit eadem acu magis concidenda, et in pluves partes dissipanda est: quae singula facilius conduntur, et minus late officiunt: post haec adducenda acus est, imponendumque oui album lana molli exceptum. Exemplum hoc satis sit ad ostendendum transferri humorem posse ex uno loco ad alium: alia etiam uia, quam concutiendo atque euocando.

Extrahitur humor et ex corpore educitur opera manus, non modo inseruiente, quemadmodum apertione per scalpellum de qua supra locuti sumus: sed etiam agente. Educitur autem uel quod exprimatur manibus, uel quod attrahatur. Exprimitur manibus, aut etiam specillo sanguis, qui secta cute pluribus locis insistere in plagis solet: iubet enim Hippocrates ut specillo exprimatur, ne ibi concrescens detrimentum afferat non mediocre. Exciso cancro sanguis ater qui in uenis est, quae iuxta sunt quasi radices, manibus exprimitur, ne nouum cancrum generare possit. Attrahitur et chyrurgia humor, qui educendus est, ueluti cucurbitulis adhibitis, de quibus supra loquuti sumus. attrahitur et labijs, ueluti quum exugitur uirus ex uulnere illato per morsum alicuius ferae: adhibetur enim homo qui uulnus exugat, id quod tuto facere potest modo in ore aut palato nullum habeat ulcus: sic enim et ipse tutus erit, et tutum hominem praestabit: nam colubra tuto estur, ictus eius occidit: eiusmodi enim uenena, quae per morsum inseruntur, non gustu, sed uulnere interimunt. Extrahitur urina ex uesica per fistulam: nam si iter eius collapsum est, aut si in eo aliquid se opposuit; fistulae fiunt aeneae, uel argenteae, quae ut omni corpori ampliori minorique suffi=

ciant ad mares tres, ad fœminas duę medico habendę sunt.
Ex uirilibus maxima est decem et quinque digitorum, media
duodecim, minima nouem. Ex mulieribus maior nouem, mi
nor sex: debent autem esse incuruę paulum ad similitudinem
literę .ſ. magis tamen uiriles: debent esse leues, non nimis
plenę, aut nimis tenues. homo autem resupinus super subsel
lium aut lectum collocatur: medicus à dextro latere sinis
tra manu colem masculi continet, dextra uerò fistulam de
mittit in iter urinę: atque ubi ad ceruicem uesicę uen=
tum est, simul cum cole fistulam inclinatam in ipsam ue
sicam compellit, eamque urina reddita recipit. In fœmi=
nis minor est difficultas. sunt qui demittant in fistulam
filum ex lana, quod paululum ex summa fistula excedat:
ubi autem in uesicam fistulam demiserunt, filum iam ma
defactum recipiunt: hoc autem sequitur urina effluens
per fistulam. supra etiam, quum de instrumentis agere=
mus, proposuimus fistulam ab Antonio Ponzanello Chy
rurgo clarißimo excogitatam, quę ab uno extremo de=
mittitur in uesicam: duos digitos prope alterum pilam ha
bet concauam, ab inferiori parte perforatam: minister ad
extremam fistulam os admouet, et cum aere attrahit uri=
nam: inferius pilę foramen claudit digito, quem remouet,
ubi iam fluere urina incipit, ut exitum habeat. Apparet
igitur humorem educi quum manu uel exprimitur, uel
attrahitur. Chyrurgia igitur et transfertur humor ad
locum quem minus lędit, et ex corpore educitur: eiusmodi
autem operę manus non dicuntur inseruire sed agere.

fistula

fiſtula ad similitudinem literæ S.



fiſtula Ponzanelli



De transferendo atq; euellendo ſolidiorem materia ex corpore noſtro Cap: VIIII.

Verſantur et in corpore noſtro præter naturam ſolidiora quædam, quæ detrahere oportet: quod si ualde agglutinata ſint et coniuncta, detrahuntur ſectione, aut uſtione: si hærent dumtaxat, et infixa ſunt, euulſione: quamquam ubi facile dimoueantur, et locum mutent, pro euulſione interdum utimur translatione ad ea loca, quibus afferant minorem noxam. agemus primum de transferendo, deinde accedemus ad euellendum, poſtremò ad præcidendum atque urendum, quæ manus operæ adhuc reſtant exponendæ. Ergo quæ præter naturam uerſantur in partibus noſtris, si facile moueri poſſint, et locũ mutare, præſtat interdum traſferre ad alia loca, quàm euellere, quòd euulſio aut non ſit tuta, aut non fiat citò, aut requirat tempus diuturnum, quod res non patitur expectari; aut dolorem afferat, quem perferre homo recuſet: hoc uſu uenit

calculo in uesica, qui quum opponitur itineri urinę, ita, ut ipsum obstruat ad aliam partem uesicę transfertur. Ratio transferendi duplex est, non secus atque in humore, quem aut concutimus, aut impellimus: concutitur in hoc casu homo, quum resupinatus sublimis cruribus à chyrurgico prehensus quatitur: sic enim calculus qui ad ceruicem uesicæ hęrebat, descendit ad fundum: sed ubi arctè in eiusmodi canali detineatur non sufficit quaßus, sed opus est impulsu per aliquod instrumentum, ut specillum, aut fistulam idoneam: sic. enim introrsum impellitur trásfertur que ád eum locum, ubi minus lędit. Hactenus de translatione.

Euelluntur autem ex corpore nostro illa, quæ sine glutine, uel cohabitu hęrent, aut illigantur, siue sint aduentitia et externa siue genita in corpore nostro, siue etiam in partis ipsius. Externa sunt tela omnia, ut sagittę, lapides, glandes, uel pilæ ex plumbo: præterea surculi, fragmenta ex uitro, spinæ piscium, quę in faucibus ac gutture infiguntur, interdum etiam arista ex areis defigitur in fauces, interdum pars aliqua ex oui testa conijcitur in oculum uelut quum iaciuntur eiusmodi testę, per exiguum foramen ante detracto albo, et uitello plenæ puluere, aut aqua bene olente: accedunt grana et lapilli quę uel in aures decidunt, uel à pueris per imprudentiam demittuntur in nares: accedunt et sanguisugæ, quæ in nares aut in os natantibus in palude subire solent. Omnia hæc aduentitia sunt, & tanquam aliena corpori nostro euelli debent. Verum euelli etiam diximus quæ generantur in nobis, huiusmodi sunt uerrucę, dracontia ex cruribus, strumę, calculi, fœtus, et secundę ex utero. Ad tertiú genus

eorum

eorum quæ euellenda sunt pertinent partiſ nostri corporis,
quæ non ita hærent, ut non poſsint facile resolui, et euelli: id
quod expedit, quum uel putres sunt atque emortuæ, et ita præ=
ter naturam affectæ, ut nequeant amplius ad pristinum statú
reuerti, ueluti crusta, ueluti oſsis testa resoluta, aut putres=
cens membrana, aut os ipsum putre, quale illud fuit, quod
ex thorace adoleſcenti à Galeno extractum fuit: interdum eti=
am præſtat partes nostri corporis euellere, quemadmodum
pilos, ut liberemus hominem ab alopecia, ac uitijs cutis in
capite: quemadmodum et dentiſ ut tollamus dolorem et fœ=
torem oris, licet non ex toto emortuæ sint, et retinere alioquin
poſsint. Sed qua ratione unumquodque ex his tribus gene=
ribus rerum euelli debeat, ſeorſum considerandum est sum=
pto initio ab externis atque aduentitijs, cuius modi sunt tela,
sub quibus comprehenduntur sagittæ, lapides, glandes, uel
pilæ plumbeæ, surculi, fragmenta uitri, tum grana, quæ in
aures incidunt.

Postulant igitur tela et alias huius generis certas animad=
uerſiones. quæcumque manibus solis, uel simul etiam instru=
mentis quibusdam promptè euelli poſsunt, statim educenda
sunt: quæ non poſsunt promptè educi, siquidem parua sit,
et exigua corpuscula externis partibus infixa, medica=
mentis etiam extrahuntur. sed qualia cumque sint, quæ
infixa sunt, ubi ita hærent, ut non poſsint facile educi, nó
debent subita ui extrahi, ne sinus fistulis similes relinquāt:
sed expectare oportet, dum remittantur: nam putreſcit inte=
rim caro, et relaxatur locus, ubi continentur, ita, ut fa=
cile euellantur: subcreſcit etiam tunc carnoſum aut cal=

tosum quidpiam, quo fit, ut non solum remittatur telum, sed locus etiam conspiciatur plenus, celerrimeque ad cicatri=cem perducatur. Differenda igitur teli euulsio est, dum fa=cilè sequatur, modò uenenatum non sit: nam tunc maius de=trimentum affert si diutius relinquitur, quàm si extrahitur subita ui. Quod si telum ad partem aliquam præcipuam peruenerit, periculum est, quum euellitur, ne homo uitam cum sanguine fundat. id quod legimus accidisse Epaminun-dę qui cùm uicisset Lacedemonios apud Mantineam, simul atque ipse graui uulnere exanimari se uideret, quęsiuit saluus ne esset clypeus, quum saluum esse flentes ibi respon=dissent, rogauit essent ne fusi hostes, cumque id quoque ut cupiebat audiuisset, euelli iussit eam, qua erat trāsfixus hastam, ita multo sanguine perfuso in lętitia cum uictoria est mortuus. Ergo ubi telum præcipuas partes attingat, uel non recipiatur à medico, uel prædicetur uitæ periculum quod subest, et quasi certus interitus. Verum licèt non contine=atur telum in parte præcipua, ubi insunt uenæ, nerui, aut arteriæ, cauere etiam oportet periculum quod imminet, ne uiolentur dum euellitur. quam obrem distinguere oportet à qua parte educendum sit, quemadmodum monet Cornelius Celsus: siquidem telum omne extrahitur aut ab ea parte, qua uenit, aut ab ea in quam tetendit: illic uiam qua rede=at ipsum sibi fecit, hic à scalpello accipit: nam contra mu=cronem caro inciditur, si telum non altè insidet, sed in sum=ma carne est, aut certè magnas uenas et loca neruosa non transijt, nihil melius est, quàm, quà uenit, id euellere: si uerò plus est per quod telo reuertendum, quàm quod rumpen=

dum

dum est, iamque uenas, neruosque id transijt, commodius
est aperire quod superest, eaque extrahere: nam propius
petitur, et tutius euellitur, et quod peruium est utrimque
medicamento fouetur, ac facilius sanescit. sed si retro telũ
recipiendum est, amplianda scalpello plaga est, quo facilius
id sequatur, quoque minor oriatur inflammatio, que ma=
ior fit, si ab illo ipso telo postea transeunte amplietur. utra=
uis parte habenda summa cura est, ne neruus, uena, aut ar=
teria incidatur: quorum ubi aliquid detectum est excipien=
dum hamo retuso est, educendumque scalpello: ubi autem
satis incisum est, telum eximendum est: tunc quoque eodem
modo, et eadem cura habita, ne sub eo quod eximitur, ali=
quid eorum laedatur. Sagitta ab altera parte quàm ex quà
uenit excipienda est, quia magna ui fertur, in angusto est,
et spiculis cingitur, que magis laniant si retro, quàm si
contra trahuntur: aperiri autem uia debet ferramento
idoneo. quòd si apparuit harundo propellenda est, donec
ab altera parte apprehendi et extrahi possit: si iam illa
decidit, solumque intus ferrum est, mucro uel digitis ap=
prehendi, uel forfice, atque ita educi debet: ubi ab ea parte
qua uenit euelli magis placuit, ampliato uulnere, aut ha=
rundo si inest euellenda est, aut si ea non est, ferrum ipsum:
quòd si spicula apparuerunt, eaque breuia et tenuia sũt,
forfice ibi comminui debent, uacuumque ab his telum educi:
si ea maiora ualentioraque sunt, fissis scriptorijs cala=
mis tegenda, ac ne quid lacerent, euellenda sunt. Plu=
rimum autem confert uia proxima euulsionem tentare, et
ubi telum renitatur ampliare plagam, quod Aeneas apud

Virgilium optime his uersibus iubet.

Sæuit, et infracta luctatur harundine telum
Eripere, auxilioque uiam, quæ proxima, poscit
Ense secent lato uulnus, telique latebram
Rescindant penitus, seseque in bella remittant.


Describitur ibi Japis Iasides medicus peritissimus cui Apollo.

Auxilium cytharamque dabat, celeresq; sagittas . . . Hic
Necquicquam trepidat necquicquam spicula dextra
Sollicitat, prensatque tenaci forfice ferrum.

Patrocles etiam apud Homerum .xi. Iliados curat Eurypilum uulneratum sagitta, quam educit inciso crure: ita, ut antiquissimum sit facere, uel ampliare uiam, qua sagitta educatur. At si spina piscium, uel paruulum aliquod os deglutientium faucibus per imprudentiam infixum fuerit; ubi appareat, instrumento idoneo, prehendi, et educi debet: si aspectum fugiat, deglutiatur bolus grandior ex lactucæ caule, aut frustum ex spongia, alligeturque filo; et subito, educatur ui tracto filo: nam secum ducere solet quod infixum erat. Latum uero telum si conditum est, ab altera parte educi non debet, ne ingenti uulneri, ipsi quoque ingens uulnus adijciamus. Quod si telum ossi inhæsit, usque eò mouendum est donec is locus laxetur, qui mucronem momordit, et tunc extrahendum est. interdum etiam excutitur ictum aliquo ferramento, ubi hoc non sufficiat, Terebra iuxta telum perforatur os, ita, ut minus arctè deinde contineatur labetq; et auferri possit. At si inter duo ossa per articulum telum perrumpit, circa uulnus duo membra habenis deliganda, et in diuersas partes diducenda sunt, ut neruos distendant, quibus extentis laxius

inter


inter oſsa spacium eſt, ita, ut telum sine difficultate recipiatur. Quod si uel glans, uel pila plumbea, aut lapis, uel simile quid perrupta cute integru intus insedit, latius uulnus aperiendum eſt, idq; quod ineſt, ea qua uenit forſice extrahendu eſt. Sed quu uentu eſt iam ad extrahendu telum, quod infixu eſt, suspensu præbendi debet, et recta trahi, summa cura ne abrupatur, na maiori difficultate deinde extraheretur, quod reſtaret: præbenditur aute uel sola manu, uel inſtrumetis idoneis, cuius modi eſt uulsella, qua secundo libro supra descripsimus, preterea forceps qua ferrameta duo habet oblonga paulo supra mediu fibula inter se connexa sic, ut eque adduci et reduci queant: quo magis autem uerſus summitatem feruntur, eo tenuiora sunt: utrumque ab interiori parte in summo quosdam proceſsus habet, et quosdam sinus, ita, ut proceſsus unius, sinui alterius respondeat, per quos arcte tenent, quod comprehenderint: habet autem eiusmodi forceps partem modò obtusam, modò acutam, modò in roſtri speciem recurvuam, modò in orbem, modò rectam ut diuersis partibus, ac telis aptetur: quod si pila sit que euellenda eſt, non forſice, sed Terebra prebenditur. ad latum telum euellendum adhibet Celsus Graphiscum Diocleu, lamina enim uel ferrea, uel ænea duos ab altero capite utrimq; deorſum conuerſos uncos habet ab altero duplicata lateribus, leuiterq; in eam partem inclinata eſt, que sinuata eſt, in superiori etia parte inclinata, qua perforata eſt: hæc iuxta telu transuerſa demittitur, deinde, ubi ad imum mucrone uentum eſt, paulum torquetur, ut telum foramine suo excipiat: quum in cauo mucro eſt, illicò duo digiti subiecti partis alterius uncis, simul et ferramentum id extrahunt, et telum. quorum inſtrumentoru imago hic appingetur. Sed plumbee glandes commodè recipiuntur ferramento retusum uncum habente. ~


forceps extre=
ma habens
acuta
forceps rostri modo
curva
forceps extrema
habens obtusa

forceps ex=
trema habens
curua in orbe.



Grafiscus Diocleus



Vncus ad euel=
lendas glandes
plumbeas.



Siquid autem in aurem incidat, ut calculus, uitrum, faba, bes=
tiola, detrahitur manu atque instrumentis hoc modo. Si ani=
mal est specillum lana inuolutum in resinam, quam glutino-
sissimam, maximeque terebinthinam demittendum, idque in
aurem coniiciendum, ibique uertendum est, utique enim com-
prehendet, et eximet. sin aliquid exanime est, specillo oricula-
rio protrahendum est, ut hamulo retuso paulum recuruato:
si ista nihil proficiunt, sternutamento admoto resina eodem
modo protrahatur, sic enim elidetur. id quod etiam euenit,
ubi oriculario clystere aqua uehementer intus compellatur.
Tabula quoque media collocatur inhęrens capitibus utrinque
pendentibus, superque eam homo deligatur in id latus uersus,
cuius auris eodem modo laborat, sic ut extra tabulam emine=
at: tum malleo caput tabulę quod à pedibus est feritur, atque
ita concussa aure, id quod inest excidit: alioquin ubi sic
non excidat, à posteriore parte secanda auricula erit, ut
dilatetur uia, per quam exeat quod intus continetur. Sed
iam tempus est pergere ad ea, quę generantur in nobis
et tanquam superantia euellenda sunt: quemadmodum strum=
mę, uerrucę, myrmecia, calculi, fœtus, secundę,: quę qua
ratione extrahantur præclare et Cornelius Celsus et Paulus
Ægineta tradiderunt, quos nunc auctores sequemur. Ergo
si strummę, ganglia, et alia id genus extrahenda sint, omnia
derasa ante, si capillis contiguntur per medium oportet inci-
dere seruata tunica inuiolata, qua continentur, resolutaque
scalpello manibus, aut uulsella euelluntur: partim labiis
sugendo uehementius, partim pinna aliqua ualidiore, ut
galli ueteris, quę abscindantur ad radicem quatenus compren=
dat

dat, quod extrahendum est, et in orbem comprehendens eiusmodi uitium circum agatur, et simul deorsum impellatur unà, donec cum uerruca, uel myrmecio euellatur. At si calculus in uesica contineatur, in loco calido, si puer est, continetur ab homine robusto, qui alto sedili considens, supinum et aduersum super genua coxis eius collocatis comprehendit: reductisque eius cruribus, ipsum quoque iubet, manibus ad suos poplites datis, eos quammaximè possit, attrahere: simulque ipse suos cotinet: si robustus est qui curatur, duobus sedilibus simul iunctis atque alligatis, duo ualentes insidunt, qui similiter ipsum continent. sunt et qui manibus hominis sub poplites datis, laqueum injciant ut ὑπερβόλων, aut nauticum, quem ad ceruices appendunt, hominemque ita alligatum super mensam, aut lectum rursus alligant. locus autem, qui super pubem est, sine ullis rugis extenditur, ut in angustum compulsa uesica facilius calculus capi posit: medicus deinde unguibus circumcisis sinistra manu duos eius digitos indicem et medium leniter prius unum, deinde alterum in anum eius demittit, dextreque digitos super imum abdomen leniter imponit: queritur sic calculus circa ceruicem, unde minori negocio expellitur: quod si ibi non fuerit, manibus paulatim compellitur donec ad ceruicem perueniat, in qua si oblongus est, sic compellendus est, ut pronus exeat: si planus sic ut transuersus sit, si quadratus, ut duobus angulis sedeat, si altera parte plenior sic, ut prius ea qua tenuior sit, euadat: in rotundo nihil interesse ex ipsa figura patet, nisi leuior altera parte est, ut ea antecedat, quum iam eò uenit, ut super ceruicem uesicæ sit,

cutis iuxta anum incidi plaga lunata usque ad ceruicem uesicę debet, cornibus ad coxam spectantibus, deinde ea parte qua strictior ima plaga est, sub cute altera transuersa plaga facienda est, qua ceruix aperiatur, donec urinae iter pateat, sic, ut plaga paulo maior quam calculus sit: nam qui metu fistulae parum patefaciunt, cum maiore eodem periculo reuoluuntur, quia calculus cum ui promitur iter facit nisi accipiat, ex quo sanguinis profusio et neruorum distentio fieri potest: quae si quis euasit multo tamen potentiorem fistulam habiturus est rupta ceruice, quam habuisset incisa, quum uero patefacta est in conspectum calculus uenit: qui si exiguus est digitis ab altera parte propelli, ab altera protrahi potest: sin maior, iniiciendus à superiore parte ei uncus est, eius rei causa factus is est ad extremum tenuis in insemicirculi specie retusę latitudinis, ab exteriori parte leuis qua corpori iungitur, ab interiori asper qua calculum attingit, isque longior potius esse debet, nam breuior extrahendi uim non habet: ubi iniectus est in utrumque latus inclinandus est, ut apparens calculus teneatur, ne, quum adduci uncus cęperit calculus intus effugiat: ubi satis teneri calculum patet eodem penè momento triplex motus adhibendus est, in utrumque latus, deinde extra, sic tamen ut leniter id fiat: paulumque primo calculus attrahatur: quo facto attollendus uncus extremus est, uti intus magis maneat, faciliusque illum producat: si quid autem ex calculo prominet, quod laceret, incidendum est. Meges ad eum usum ferramentum fecit, in summa parte labrosum, in ima semicirculatum, acutumque: id receptum inter duos digitos indicem,

ac

ac medium super pollice imposito sic deprimebat, ut simul cum carne si quid est calculo prominebat incideret: cauendū autem ne uesica uioletur, aut digitis uel forcipe agitetur: nam superueniens neruorum distentio hominem absumit. Vbi uero calculus maior uidetur, quam ut extrahi possit, ceruice non abrupta findendus est: finditur autem iniecto unco, sic, ut facile concussum etiam teneat ne retro reuoluatur: tum ferramentum adhibetur craſsitudinis modicę, prima parte tenui, sed retusa, quod ex altera parte ictum findit calculum, magna cura adhibita, ne lædatur uesica. Quod si partus in utero emoriatur, neque excidat per se, excutiendus, quę curatio difficillima est: oportet ante omnia resupinam mulierem transuerso lecto sic collocare, ut fæminibus eius ipsius ilia comprimantur: quo fit ut et imus uenter in conspectum medici sit, et infans ad os uuluę compellatur: hoc ex interuallo paululum dehiscit: hac occasione usus medicus unctę manus indicem digitum primum debet inserere, atque ibi continere donec tota esse intus manus poſsit: res autem facilior est, si imus uenter calidus sit, sine inflammatione, sine tumore, alioquin superuenire solet cum tremore mortifera neruorum distentio. Verum intus emortuo corpori manus iniecta protinus habitum eius sentit: nam aut in pedes, aut in caput conuersum est, aut in transuersum iacet, ferè tamen sic ut manus eius uel pes in propinquo sit medici propositum est, ut eum manu dirigat, uel in manu, uel etiam in pedes, si forte aliter compositus est, ac si nihil aliud est manus uel pes, apprehensus corpus rectius reddit: nam manus in caput, pes in pedes ipsum conuertit: tum si caput proximum est demitti

debet uncus undique leuis: acuminis breuis, quod uel oculo, uel auri, uel ori, interdum etiam fronti injicitur: deinde attractus infantem educit: id quod tentare non debet compressa uulua, sed hiante, per quas occasiones ipsum educet: trahere autem dextra manus uncum debet, sinistra intus posita infantem, simulque ipsum dirigere: ubi autem distendatur infans nimio humore, indice digito corpus illud forandum, ut effuso illo humore extenuetur. In pedes etiam conuersus infans non difficulter extrahitur: si transuersus est neque dirigi poterit, uncus alæ injiciendus est, paulatimque attrahendus, sub quo fere ceruix replicatur, retroque caput ac reliquum corpus spectat, remedio est ceruix præcisa ut separatim utraque pars auferatur, id unco fit, qui in interiorem tantum partem per totam aciem exacuitur: primo autem caput, dein reliqua pars auferatur. at si pes alter iuxta repertus est, alter retro cum corpore est, quicquid protractum est, paulatim abscindendum est, et qui solidus non exit, concisus eximi debet: ubi infans protractus est, tradendus ministro, qui supinis manibus ipsum sustineat, medicus deinde sinistra manu leniter trahere umbilicum debet, ita, ne abrumpat, dextraque eum sequi, usque ad eas quas secundas uocant, quas similiter leniter extrahere oportet. Retinentur secundæ interdum etiam ubi uiuens editus est, quamquam aliter non excidunt, adhibenda medicamenta, quæ sternutamentum moueant, et hiante uulua demittendi digiti, aut instrumentum quod speculum appellant, sic, ut manu paulatim, ubi inhæreant, attrahantur: nec euellantur subito, ne lædatur uterus, aut sanguinis profusio superueniat.

Restat

Reſtat ut agamus de euellendis partibus noſtri corporis, quæ uel iam emortuę sunt, uel ita moleſtię ac noxię, ut pręſtet ipsis carere: huiusmodi sunt cruſtę, membranulæ, ossa, dentes, pili. In uniuerſum autem meminiſſe oportet illius præcepti, quod tradit Hippocrates secundo libro de offi=cina medici, ubi docet quæ caſura sunt, deteriora eſſe si citò cadant, nam cruſtæ, membranæ, oſſa quæ abscedere debent, si citò euellantur, ob uim, quam afferre oportet, so=lent excitare dolorem, febrem, inflammationẽ, sanguinis fluxum, ita, ut præſtet ea per se abscedere, uel diuturni=tate temporis labare, priusquam à medico euellantur. Cruſta in ulceribus atque aduſtis ex pelli solet à carne subcreſcente, sine ulla ui, aut periculo. oſſa etiam uel ex=caluaria, uel ex alijs partibus quum emoriuntur, ab alijsque uiuunt paulatim resoluuntur. Id quod euenit etiam membra=nulis, ligamentis, chordis, et alijs eiusmodi particulis, quæ in ulceribus ac sinibus putreſcunt: expectandum enim eſt dum facilè sequantur, quum uulsella prehenduntur. Pili autem auelli interdum debent, ut in alopecia; quum exi=les sunt, et curationem impediunt: euelluntur autem linteo picato cui inhęreſcunt, simul enim attracto linteo sequuntur. Reſtant dentes, qui extrahendi sunt, uel quòd iam inutiles sint cum labent, uel quòd etiam dolorem moueant, qui nullis cedit medicamentis: Ergo ubi eximi dentem placuit, circum=radi debet, ut gingiua ab eo reſoluatur, tum is concutiendus eſt, eaque facienda donec bene moueatur: nam qui hæret cum periculo euellitur, ne maxilla loco moueatur, neue tempora, et oculi concutiantur, tum si fieri poteſt manu, sin minus for=

cipe dens excipiendus, ac si exesus est, ante id forandus, uel li=
namento, uel bene accommodato plumbo replendus est, ne sub for=
cipe confringatur: recta uero forceps ducenda est, ne inflexis
radicibus os earum, cui dens inhaeret, parte aliqua frangat:
sepe enim forfex cum dentem comprehendere non possit, aut
frustra comprehendat, os gingiue prehendit, et frangit. Si
quando autem in pueris alter dens nascitur priusquam prior
excidat, is qui cadere debuit, circumpurgandus, et euellen=
dus est, is qui natus est in locum prioris, quotidie digito ad=
urgendus, donec ad iustam magnitudinem perueniat. quo=
tiescumque dente exempto radix relicta est, protinus ea
quoque ad id facta forcipe eximenda est. Haec quae de euel=
lendis ijs, quae uel corpori infixa sunt, uel in eodem genita,
uel partes ipsius sunt, adscripsimus, sint exempla aliorum,
que ad eandem rationem extrahi debent.

De excidendo Cap. x.m

Quecumque autem partes corporis neque inseruntur ut dentes,
neque separate sunt ut fragmenta ossium, sed coalitum reti=
nent cum alijs, nequeunt ubi auferende sunt à corpore euel=
li atque extrahi, sed uel excidende sunt, uel adurende: utraq3
operam chyrurgia praestat. agemus ante de excidendo. Exci=
duntur igitur partes illae, quae aut emortue sunt, aut ui=
tio laborant insanabili, aut impedimentum, noxam, uel de=
formitatem aliquam afferunt. Abscinduntur enim membra
quae ob gangrenam, seu sphacelum emortua sunt: id quod
euenisse in pestilentia testatur Lucretius sexto libro cum inquit.

Et grauiter partim metuentes limina leti
Viuebant, ferro priuati parte uirili,
Et manibus sine nonullj, pedibusque iacebant

In uita

Inuita tamen, et perdebant lumina partim.
Hoc etiam euenit ubi luxentur uel frangantur oßa cum uulnere, nam nisi diligenter curentur, emoriuntur membra ita, ut auctore Hippocrate præcidi debeant. Emoriuntur et partes, quæ nimium adstringuntur, cum uitales spiritus recipere amplius non poßint: præcidenda igitur sunt emortua mébra, ne dum seruantur, contage sua, quæ iuxta sunt, afficiant, sicque paulatim omnium partium interitum afferant. Interdum non tota membra, sed particulæ tantum præcidendæ sút: ueluti quum omentum ex abdomine uulnerato prodit: insueto enim aère læditur, liuidum fit, atque emoritur, ita, ut præcidendum sit: emoritur et carnis pars aliqua, in ulceribus putribus: emoritur testis ac putrescit: os item quod primo putrescit, deinde etiam carie obducitur, quas particulas abscindere oportet, non solum tanquam inutiles, sed etiam tanquá perniciosas, quòd afficere possint reliquas partes. Non solum autem quæ emortua sunt, sed et quæ uiuunt etiá præcidere interdum expedit, ueluti partes quæ uenenato ictu uiolatæ sunt, ut feræ alicuius, aut rabiosi canis: sic enim prohibetur ne uenenum ad ulteriores partes serpens, ipsas afficiat, et uitam auferat: euitatur hoc periculum si præcidatur pars icta: id quod fecit rusticus ille, qui teste Galeno digitum à Vipera morsum, sibi falce præcidit. Euenit interdum ut partes, quamuis adhuc uiuant, adeò tamen affectæ sint, ut et molestiam, et periculum afferant neque curationem ullam admittant, nisi cum uitio simul pars abscindatur: quod usu uenit ijs, quæ cancro ulcerato laborant: ubi enim radices ulcerati cancri præcidi poßunt unà cum cancro, præcidi=

tur etiam pars affecta. Euenit item in Elephanti morbo, in ulcere maligno, in uaricibus, in abscessibus, qui quanuis latiores sint, basim tamen habent angustiorem, In Polypo, qui unà cum interna tunica nasi præciditur, eadem ratione exciditur unguis membranula quæ in oculo gignitur, tum uua, ubi longior fiat, exciditur habenula ex palpebris ubi laxiores sint, caro item adnascens ad uuluam. Præciduntur et quæ noxam afferunt, ut uenæ et arteriæ, unde influens sanguis et spiritus diuturnum affectum afferre solent, ueluti uertiginem, dolorem, ut ossa etiam quæ caluariam comprimunt, aut pungit: quæ item impediunt, prohibentque quominus cognoscere uitiu, aut curare possimus. ad quem usum exciduntur labra ulceris callosa, quæ alioquin agglutinari non possunt, abraditur uel aperitur os caluariæ: exciditur os fractum ex uulnere excedens, quod quia longius est, aut pungit, recondi sine noxa non potest: excauatur os scalpro, ut locum præbeat uecti ad impellendum reliquum os, quod ex uulnere excessit. limatur dens, qui perspiratum prohibet, ut detur exitus intus lædentibus. Ut autem euitetur deformitas exciduntur uarices, quemadmodum et C. Mario excisas esse in altero crure supra diximus: exciditur et caro, quæ in ulceribus excreuit, tantaque est, et dura adeò, ut non facile possit medicamentis absumi, chirurgia igitur detrahitur, ne si relinquatur partem reddat turpem ac deformem.

Ratio excidendi eò potissimum spectat, ut euitemus pericula, quæ inde oriri possunt, ut eligamus tempus idoneum, ut eam quantitatem excidamus, quæ necessaria est, ut parata habeamus idonea instrumenta: pericula autem, quæ circumstant


longè

longè maiora sunt, ubi maiora membra excidi debent, quem-
admodum coxa, quę à prudenti medico alijs relinquuntur:
subducit enim se quasi è scæna, ut primo libro diximus ex sen-
tentia Hippocratis. Periculum autem, quod subest ne sanguis
fundatur, quum exciditur omentum, uarix, uena, arteria, eui-
tatur à medico iniecto per acum laqueo, qui uasa adstringat.
At dolor qui præter intollerabilem molestiam, quam affert, ui-
res interdum conuellit; euitatur aut certè minuitur, si ante
adstringatur membrum, quod excidendum est, iuxta locum
quem secare conuenit. Sunt qui potione utantur stuporem
inducente, sed uix fieri posse arbitror, ut homo, sine uitę peri-
culo, ita obtorpescere possit, ut sectione non expergiscatur,
ac doleat. Accedit aliud periculum ne uiolentur quę subsunt
parti, quam excidimus, ueluti quum secatur os caluariæ ne
uioletur cerebri membrana: quamobrem in excidendo subij-
citur lamina, quam membranę custodem appellant: quum
terebra adhibetur, tollitur sępe manus, ne altius penetret:
ne autem serra calefacta ex motu os adurat, subinde in aquã
frigidam demittitur: ne autem putredo, aut uenenũ ulterius
serpat post sectionem aduritur locus. Sed de urendo infra.
non solum autem euitanda sunt pericula quę diximus, sed
spectandum quo tempore conueniat excidere, conuenit autẽ
quum res, quæ excidendę sunt, lædunt, et incommodę sunt,
modò eiusmodi chirurgia toleretur à uiribus. ubi uerò ic-
tus uenenatus est excidere protinus expedit, neque ante haben-
da est ratio totius corporis. Vbi caluarię os excidendum sit,
id fiat infra tertium diem, uel certè, ubi symptomata appare-
ant. Spectanda et quantitas est, ne plus aut minus excidamus

quam res postulat. Quod putre est, quod malignum est, quod
ueneno uitiatum est, totum præcidi debet: nam si qua particula
relinquatur, potest quod integrum est afficere, nihilque pro=
dest præcidisse. Sed caue ne seces quod inuiolatū est, ne sine ullo
utilitate hominē torqueas, et in sumum discrimen conijcias: quodsi ad
cōmodū aliquod sectio adhibetur, eatenus secare oportet, quatenus asse=
quamur quod propositū est, cauendo tn̄ ne plusquā oportet secemus: neq;
enim imitabimur medicos, qui magna ossium fragmēta, quæ exciderat
ostentant, sed quātū minimū fieri potest. parcemus enim partibus, quas
natura non sine summa utilitate procreauit.

Instrumēta restant, quibus uarijs utendum est: alia enim conueniūt
partibus mollis, alia duris: illis aptatur nouacula, forfex, scalpellus siue
anceps in speciem folij myrtacei, siue ab uno tantū latere aciem ha-
bens, siue rectus, siue falcatus.

Nouacula



Scalpellus falcatus



opera

Scalpellus anceps in ſpeciem folij myrtacij.



Scalpellus ab uno latere aciem habens.



Operæ prætium autem arbitror duos deſcribere ex falcatis scalpellis, quos Antonius Ponzanellus chirurgus præſtantiſſimus ad fiſtularum sectionem inuenit. Alter ferramentum eſt longum duodecim digitos, latum minimum digitum, ab inferiori parte, quæ pro manubriolo eſt, retusum, atque hebes, à superiori anguſtum, ac leuiter falcatum, ubi aciem habet à latere interno: demittitur ergo in fiſtulam, inflectiturque uersus eam sedem, quá uolumus aperire, et ſtatim ui quadam extrahitur: sic enim dilatat quantumuis, et adeò celeriter, ut non liceat homini quum dolet partem contrahere, aut sectionem effugere.

Alter scalpellus maioris eſt artificij: includitur enim teca, quæ quasi pennicillus unguento delibuta in fiſtulam demittitur, sicque timidum ægrotantem, qui sectionem recuſat, decipit. scalpellus hic septem digitorum longitudinem, et semidigiti minimj

latitudinem æquat à superiori parte leniter falcatus eſt, ubi acies eſt à latere interno, ab inferiori parte uestitur cum teca per fibulam laxè tamen, adeo ut in ipsam induci, quum res poſtulat, et ex eadem educi, sine ullo negocio poſſit: leniter autẽ infra fibulam inflexus eſt, et processum exigit ab externo latere, ad similitudinem græcæ literæ γ. cui sinus respondet in extrema teca: eſt autem teca lamina argentea, uel ænea, duplex ab interiori latere, qua scalpellum admittit, canalis modo aperta, ab exteriori solida ac perpetua eius longitudinis ac latitudinis, quæ includere ac celare scalpellum poſſit: ab extrema autem parte extremam scalpelli partem admittit, ac per fibulam detinet, infra quam habet teca sinum respondentem processui scalpelli quem diximus γ. literam imitari. Ergo ubi scalpellus in tecam inducitur, recedit processus illius à sinu huius: sed ubi educitur, cum eo committitur, arcteque adſtringitur. Ubi usus requirit scalpellus teca inclusus inditur in fiſtulam sine ullo dolore: sed ubi inditus eſt, extremus scalpellus pollice, extrema teca indice comprimitur, sic, ut processus illius in sinum huius inseratur: quo fit ut à superiori parte scalpellus teca excludatur, tunc uero ab inferiori parte prendi= ditur, et ui quadam receptus subitò fiſtulam dilatat, atque hominem secat minime opinantem. At ubi uolumus scalpellũ teca rursus includere, eius processum attollimus, interim tecæ sinum deprimentes.

Fit



Scalpellus sine teca ad fistulas.



Teca




Scalpellus



Scalpellus teca inclusus

ſit et forſix ad dilatandum, cuius utrumque ferramenti aciem habet à parte externa, includiturque lamina duplici, et ita demittitur: quumque ferramenta ab inferiori parte diducuntur infra fibulam, qua et interse, cum lamina nectuntur, diducuntur etiam à superiori ac sinum dilatant.

forceps ad dilatandum.



At partes

At partes duras uel lima paulatim absummimus, ut dentes, uel
excidimus ut oßa: utimur autem tunc serra, modiolo, terebra,
scalpro recto, aut recuruato, cauo, aut plano, aut lenticulam
representante, tum malleo, uecte, lamina custode membranę,
scalpris oppositis, seu forfice excisorio: quę nunc sigillatim
describemus. Serrę itaque (ut ab hac incipiamus) duplicem es=
serationem constat, alteram longam, teretem alteram: lon=
ga similis est illi, qua fabri utuntur, hęc serrula uocatur: per=
tinet autem ad excidenda ossa non tamen in capite, cui teres
dumtaxat aptatur, quę cęteris partibus aliena est: exempli
gratia in libro de fracturis quum Hippocrates secari iu=
bet id ossis, quod prohibet, ne, quod per plagam excessit, in
suum locum collocetur, componaturque, pro tereti serra lon=
ga utendum est: hac si tentes caluarię os secare, qui poteris?
cum os non ita nudetur, ut citra carnis lacerationem admo=
ueri queat: ac si nudetur, etiam ineptißima sit, neque poßit,
quod pręcidi debet, in ambitum comprehendere, sed secet quod
secandum non est, quod inutile est, relinquat: prętereaquamquod,
ob inęqualititatem caluarię inęqualiter excidit, cum humi=
liorem eius partem uix attingat, per eminentiorem ita pene=
tret, ut periculum sit ne cerebri membrum uiolet. Quamob=
rem, serram qua caluarię os secatur, teretem esse neceße est,
quod aperte ex ipso Hippocrate intelligitur, qui, dum cal=
uarię os secaretur, considerari subinde serrę circuitum
uoluit. Atqui circuitus non nisi ad teretem serram refer=
tur, quam Celsus modiolum uocat, cuius rationem in hunc
modum scribit. Modiolus ferramentum concauum teres est,
imis oris serratum, per quod medium clauus ipse quoque inte=

ovi orbe cinctus demittitur. si uitium in angusto est, modi=
olus potius aptatur, quam terebra: si caries subest, medius cla=
uus in foramen demittitur: si nigrities, angulo scalpri sinus
exiguus fit, qui clauum recipiat, ut eo insistente circumactus
modiolus delabi non possit. deinde is habena quasi terebra
conuertitur, estque quidam premendi modus, ut foretur, et cir=
cumagatur. quia si leniter imprimitur parum proficit, si gra=
uiter non mouetur. neque alienum est instillare paulum rosæ,
uel lactis, quò magis lubrico circumagatur, quod ipsum tamen
si copiosius est aciem ferramenti hebetat: ac ubi iam iter
modiolo pressum est medius clauus educitur, et ille per se agi=
tur. hinc patet, non modò figura teretis serræ, sed et ratio om=
nis, et quid observandum sit, quum admouetur, huius etiã
meminit Galenus in sexto de ratione curandi, ubi non nullos
timidiores ait, pro terebra χοίνικα, id est, modiolum adhibere.
Paulus eum eijci tanquam noxium à iunioribus testatur. sũt
ex nostri temporis Chirurgicis, qui ipso utantur, quos neq;
laudamus, neque uituperamus: nam si circumspecti ipsam ad=
hibeant, eamque seruent, quã Hippocrates uoluit in eius
usu seruari, proficit. Tutius fortaſse res agitur scalpris,
de quibus infra tractabimus. Illud autem animaduertendum
est, quum modiolum adhibemus, quod æque ac terebra nocet
oſsibus infirmis, et uehementer perruptis, cum periculum sit
ne huiusmodi ferramenta simul cum osse protinus ad
ad cerebri membranam compellatur. Hæc de serra. ~

Terebræ




Terebrę autem proprium est perforare, cum acũtum mucro
non habeat, (ut infra declarabimus) ubi eius rationem pro=
ponemus. Hippocrates in opere de uulneribus capitis terebrę
mentionem facit: et quum, timens ne pueri os sanguinis
copia putrescat, iubet, ut parua terebra perforetur: et in fine,
quum docet, quid obseruandum sit, si pro serra initio tere=
bra adhibeatur. sed quum terebra perforando sit, dumta=
xat, non potest serrę modo excidere: quamobrem necessaria
scalpri quoque opera est, quamuis Hippocrates silentio id
prætereat. Terebra enim (ut ait Celsus) foramen fit in ipso
fine uitiati ossis atque integri, deinde alterum non ita longè,

tertiumque, donec totus is locus, qui excidendus est, his ca=
uis cinctus sit: tunc excisorius scalper ab altero foramine, ad alterum malleo adactus, id quod inter utrumque mediu est, excidit, fitque ambitus similis ei, qui in angustiorem orbem modiolo imprimitur. Idem Galenus docet, cum os terebra in circuitu perforatum iubet admotis scalpris excidi. Cæterum de scalpris, deque eorum uarietate, abunde agemus in ijs, quæ sequuntur. Nunc de terebra, cuius usum scire conuenit alienum esse, ubi ossa uehementer sunt perfracta, atque ubi perse imbecillia sunt. In osse autem puerorum, quod non admodum imbecillum est, Hippocrates parua terebra utitur, Sed, si ossibus admodum peruetis atque infirmis terebra utaris, uix prohibere poteris, ne, dum circumagitur et ipsa, et os ad cerebri membranam urgeatur, et cerebrum comprimat. Aptatur autem proprie terebra (Galeno auctore) cum ossa plurimum firma sunt, sed metuendum est, ne, dum agitur mucrone cerebri membranam uiolet. qua de causa Hippocrates imperauit, ut in ipso usu caueamus, ne nimis alte descendat. Nonnulli (inquit Galenus) ut euitarent hoc periculi, eiusmodi terebras excogitarunt, quæ altius descendere non possent, quos ob id ἀβαπτίστους nuncuparunt. sicque terebrarum duo sunt genera, alterum simile ei, quo fabri utuntur, alterum quod non potest altius descendere, quoniam paulo supra acutum eius mucronem extat quidam circulus. Cuius generis terebræ complures habendæ sunt, quæ omni caluariæ crassitudini sufficiant. nam crassiori ea conuenit, quæ inter extantem circulum et mucronem longius spacium habet, tenuiori contra, quæ breuius. Huc etiam pertinere uidentur descriptæ à Celso

terebræ

terebrę capituli longioris, quod ab acuto mucronę incipit, dein subitò latius fit, atquę iterum ab altero principio paulò minus, quàm ęqualiter sursum procedit. prohibet enim capitulũ, quod super mucronem subitò latescit, ne terebra altius penetret.




Qua ratione circumagatur terebra apud ueteres non inuenio:
Ex Cornelio Celso, qua de modiolo, colligitur sane habena
conuertendam esse. ait enim (modiolus habena, quasi terebra
conuertitur) non tamen cōstat, quo pacto uoluerit habenam
admoueri. uidemus enim fabros habena tribus modis terebram
circumducere. Uno quidem medię terebre arcte illigata sæpius cir=
ca ipsā obuoluitur: deinde mucrone adacto, terebre caput altera manu
super imposita cōtinetur, ac leniter deorsum compellitur, altera ducitur
habena ui quadam donec tota fere euoluatur, et interim terebram
circumagat, tum protinus relaxatur, terebraque per se in cōtrariā partē
conuertitur, ipso impetu, et circūactę pilę, quam adiunctam habet, et ips=
ius habenę, quū huiusmodi omnia quæ trahuntur, si in ipso impetu de=
mittatur, fere eodem reuerti consueuerint, unde ui abducta sunt.
Terebra itaque, cum suopte nutu rediens in cōtrariam partem agatur,
iterū habenā obuoluit: hæc manu quę iterum ducta euoluitur, quod
tertio, et quarto fit, donec, quod perforatum est perforetur atque
hic modus non nimium est efficax.



Alter.

Alter est, quum exiguus arcus admouetur, sic, ut chorda semel circa terebram uoluatur. arcus enim manu præhenſus adducitur reduciturq; et interim terebram circumagit. ~

Terebra quę per arcum circūducitur.



Tertio modo habena terebram ducit, cum terebra in transuer=sarium inseritur, quod medium perforatum est, ita, ut facilè surſum ac deorſum per ipſam feratur: summa uerò foramen habet

in quod habena conijcitur, cuius capita ad extremitates transuer=
ſarij alligantur, sic, ut habena cum transuerſario Δ. literæ si=
militudinẽ referat, basis sit ipsum transuerſariũ. Deinde ubi perfo=
randum eſt transuerſariũ circa terebram agitur, sic, ut habena & ipsũ
obuoluatur, et quasi in cochlea serpat: tum altera manu transuer=
ſariũ comprehenditur, ita, ut ab uno latere terebræ tres poſtremi digiti
transuerſario superponantur, ab altero pollex subijciatur. inde sup=
ditur: atq; hoc pacto deorſum ducitur, et habenam euoluens terebrã
circũagit: inde manus attollitur terebraq; ipso impetu perse in contra=
riam partem conuertitur: hoc autẽ agitur, quoad foramen fiat. ~




Hi sunt

Hi sunt modi, quibus habena terebram conuertit: primus manifeſtè ſtabilis eſt: alter, quamuis ſtabilior, non satis tutus uidetur, cùm facilè delabi terebra poſsit, dum arcu ducitur, quod non æquè accidit, ubi transuerſarium addijcitur, qui modus à fabris maximè frequentatur. quocirca ubi per habenam terebra conuertenda sit nullam uiam habet tutiorem animo concipimus, quę cum quę apud ueteres in usu fuerint.

Recentiores citra habenam alias conuertendę terebrę rationes excogitarunt. quidam manibus ipsam circumducunt, uel ambabus aduersis, uel ad mediam terebram datis, uel altera summum ipsius comprehendenti, cui uel pila, uel transuersum aliquid connexum sit: qui modus non uidetur multum in rem eſſe, cum effectum non celeriter, quod eſt præceptum Hippocratis in chirurgia, sed longo temporis ſpacio pręstet, quod uulneribus capitis maximè eſt aduersum. docuit enim Galenus in octauo de usu partium oſſa capitis quàm celerrimè excidenda eſſe, ne cerebrum refrigeretur.

Terebra cui pila in summo eſt per quam circumagitur.





Terebra quę per transuerſarium, quod eſt in summa parte conuertitur.

Alij uerò manubriolo utuntur in hunc modum. Ferramentum fit ima parte quadratũ, ubi cauum habet, cui breue aliud ferramentũ inseritur, excidendo ossi accommodatũ, quod latius infra explicabimus. Illud igitur ab imo tres digitos rectũ sursum procedit, inde ad unius uel alterius digiti spacium flectitur, ac rursus palmi spacio rectũ fertur. qua tenue est et affixam fistulam habet, quæ circa ipsum facile conuersa, ubi utendum est, manu prehenditur, ac uoluitur: deinde iterum ad unius, uel alterius digiti spaciũ flectitur, postea rectum tendit, donec finiatur. quo fit, ut duos rectos angulos ostendat, è regione sibi respondentes, ab interiori parte illius recessus, quem manu prehendi diximus: duos item ab exteriori, qua flexum à recta linea declinat, et in latus conuertitur, in sumò autem annexa pila est, in qua paruo momento circumducitur. ubi utendum est, paruum aliud ferramentum in ipsum demittitur, et ossi perforando uel excidendo imprimitur, altera manu pila, quæ in sumò est, continetur, altera fistula circumagitur. atque hoc pacto id ossis, circa quod ferramentũ agitur, in orbem præciditur.

Præter mucronem ad perforandum uaria in hoc ferramenta demittuntur, omnia tamen acutã aciem habent. ex ijs enim aliud rectum est summa parte quadratũ, sic, ut cauo alterius in quod conijciendum est, respondeat, in imo semicirculatũ ubi utendum est, angulo scalpri simus fit, qui mediam et prominentiorem semicirculi partem recipiat, tum hoc ferramentum admouetur, conuersumq; os excidit, nec ad cerebri membranam descendit. quum partes quæ minus prominent, ceteras penetrare non patiantur, nisi chirurgicus de industria, uiolare cerebri membranã uelit: huius autem generis complura habenda sunt latiora, et angustiora. primò quidem latius admouendum est, deinde angustius sic, ut quum os dimidiũ excisum est, maximè angustum adhibeatur.

Nonnulli aliud demittunt, quod ima parte unguis speciem referat,

qui

qui medius duabus lineis sectus sit, sic, ut inter utrâque mucro sit, qui partes hinc, atque hinc à lateribus paulum excedat: hæ vero aciem acutam habent, quæ in uno latere ab exteriori parte acuta est, ab interiori hebes: contrà in altero, ut facilè tam in sinistrâ, quam in dextram conversum excidere possit, et scobem educere, ne sectionem impediat. In osse itaque quod præcidendum est, medius mucro imprimitur: manubriolo autem circùacto latera os in orbem excidunt, neque nimis altè descendunt: siquidem partes humiliores non ita sinunt eas, quæ magis prominet altius penetrare. sunt, qui, ubi altero ex ijs ferramentis iter pressum est, ipsum educant, et aliud demittant, quo tutius id, quod relinquitur ex osse præcidant, ab ima parte quasi in pomû desinit striatum: cuius extantes partes aciem acutam habent. hoc igitur adactum, ubi os aliqua ex parte excisum est, quod restat absumit, et ob figuram, quã habet ad cerebri membranam non descendit.

.1. Cauum, cui breue aliud ferramentum inseritur.

.2. Ab imo tres digitos surſum procedit.

.3. Ad digiti ſpacium flectitur.

.4. fistula, quæ circa ipsum conuertitur

.5. Iterum ad digiti ſpacium flectitur

.6. Rectum reddit


.7. Pila annexa in summo


A ferramentum ab imo semicirculatum

B ferramētū, quod ima parte unguis speciem repreſentat.

C ferramentum, quod ab ima parte, quasi in pomum desinit striatū

Terebra, quę per manubriolum conuertitur. ~










expositis

Expositis, quæ ad terebram pertinebant, restat, ut ad scalpros trans=eamus, quibus Hipp.s radi dixit, ac præcidi os nõ secus ac serra. cuiusmõi autẽ fuerint, nõ satis constat, illud pro comperto est, quod ueteres his nõ solũ ad os radendũ utebatur, sed etiam ad excidendum. ossẽ enim in ambitũ per terebrã perforato huiusmodi scalpris, ab uno foramine ad alterũ malleolo adactis, septa, quæ restabant inter foramina, præcidebant. nam Celso auctore, scalper, quum planus admouetur, radit, quum in latus conuer=titur, excidit. Quamobrem in excidendis septis, quæ restabant inter foramina, caueri uoluit, ne angulo scalpri membrana cerebri uiolaretur. hic (quantum conijcio) non potuit esse rectus, sed in medio recuruari ne=cesse fuit, alioquin radendo minus idoneus fuisset. Certo enim loco ra=dendum est, ultra quem, si scalper transeat, aut inutiliter radet, aut carnem attinget, et dolorem mouebit. scalper, si medius recuruetur, ubi uis facile sistitur, si rectus est, uix cõtinetur, quo minus alterius de=labatur.

scalper rectus — scalper in medio recuruatus




Apud Galenum tria scalpri genera leguntur, unum cauum, quem χοιλίσκον dixit, alterum, qui in imo lenticulæ imaginem refert, unde φακωτὸς appellatur: tertium radendo idoneum, quem ξυστῆρα nuncupauit: hoc tertio scalpri genere ad rimas utebatur: cuiusmodi autem eius forma fuerit (ut hinc ordiamur) non licet à Galeno intelligere. Veteres quali scalpro raderent, iam diximus. Juniores ferramentum inuenerunt, quo duntaxat os radunt, neque enim aptum est, ubi os præcidendum sit, id rectum est, ac fere duorum palmorum longitudinem implet. in imo autem recuruatur, sic, ut paruum sinum in orbem ostendat: oræ autem quæ utrimque à lateribus sunt, aciem acutam habent. in ipso autem usu ferramentum in latus uertitur, et utriusque manus digitis, partim subiectis, partim superpositis, ima sui parte os attingit, diductusq; id radit. hoc utuntur ad omnes fracturæ modos, ubicumque discutiendum os est. radendo enim exitum præbet intus cerebri membranam lædentibus, et id ossis quod auferendum est, in orbē præciditur. adeò, ut nonnulli hoc solo ferramenti genere contenti sint, neque scalpro malleolo adacto cerebrum concutiunt, neque terebræ mucrone lædunt membranam, quæ sub caluaria cerebrum tegit, cum assiduè os in conspectum ueniat, pateatque quando perrumpitur: adde quod quum ad imam ossis partem peruenerunt scalprum leniter imprimant, et utuntur maxime angusto: complures enim habent, et latiores et angustiores. Præterea si quis manu strenua sit, et exercitatus, opus hoc scalpro celerrimè perficit: ita ut mirum sit, cur Galenus huiusmodi scalpris (si tunc temporis inuenti erant) ad omnes fracturæ modos non adhibuerint: solummodo enim scalpris radit, ubi rima est, siue in summo sit, siue altius penetret: in alijs

fracturis

fracturis, si ossa firma erant (ut supra ostendimus) ad terebrā
ueniebat, si uehementer perfracta, ad cauos scalpros, de quibus
mox agemus, et ad eum, qui in imo lenticulæ imaginem representat
ueniemus. Hippocrates nullo interposito discrimine excidi os
iussit, siue serra, siue terebra admoueatur, siue scalpro radatur,
tantum exiguam terebram admoueri iussit ad os puerile. Illud
autem os, quod ualde abruptum est, citra ferramenti usum siccis
medicamentis resoluit, ut antea demonstratū fuit. ~

Scalper quo iuniores os radunt



Ponitur à Galeno alius scalper excisorius, quem κυκλίσκον ap-
pellauit, et cauum esse uoluit. hunc (nisi fortasse sit ille, qui

proximè positus ad recentiores refertur) puto rectum fuisse et ima parte, qua acies continetur in canaliculi speciem utrinque à lateribus sinuatum: sic enim et cauus est, & ad circuli figuram accedit, unde κυκλίσκος uocatur. istiusmodi scalpris ligna à fabris excauantur. admouentur autem plerumque malleolo adacti, utro modo Galenus cauis scalpris uteretur, non docuit. Utrumque licet animo concipere, tamen uerisimilius arbitror Galenum intelligere cauum scalprum malleolo adigendum esse, cum dicat excidendi ossis rationem, quæ per cauos scalpros administratur uitio non carere, quod immodicè concutiat. hoc non faceret, si caui scalpri citra malleoli operam admouerentur. Adhibet autem Galenus cauos scalpros, quum os uehementer est perruptum. Neque his tantum ossis excidit, quantum satis est ad demittendum scalprum referentem in imo lenticulæ speciem, de quo proximè tractabimus. Hoc deinde indito, ac malleolo adacto, quod præcidendum est, uniuersum præcidit. Sed cum osse terebra pertuso, septa, quæ inter foramina erant, excidi iussit, an cauis scalpris, an alterius generis utendum uoluerit, non constat: constat tamen cauos scalpros parum aptè ad foramina adhiberi. atque id circo magis credibile est Galenum adhiberi maluisse, uel eum scalprum, qui in ima parte lenticulam refert, uel eum qui planus radit, et in latus conuersus excidit, quo ueteres utebantur.



Malleolus.

Malleolus



Scalper cauus



Reliquum scalpri genus apud Galenum id est, quod in imo lenticulæ speciem habet, atque hanc hebetem, in longitudine vero aciem acutam, quo utitur, quum vel cauo scalpro os excidens, vel forcipe quod valde comminutum est attollens, aut conuertens, aditum facit, per quem lenticula immutatur: hanc enim super cerebri membranam collocat, sic, ut lata sui parte ipsam attingat: deinde malleolo scalprum ferit: quo fit, ut membrana inuiolata seruetur, cum protegatur à lenticula, quæ in excidendo præit, et membranam, sicubi adhæret, ab osse innocenter resoluit: acies vero scalpri, quam esse in longitudinem diximus, ipsam insequitur. Hanc excidendi rationem Galenus præter cæteras approbauit, ut quæ celerrime effectum præstet, idque sine ulla membranæ cerebri noxa.

scalper in imo lenticulā repræsentans



Qui ante Galeni tempora fuerunt, ut membranam ab angulo scalpri tuerentur μηνιγγοφύλακα, id est laminam custodem membranæ demittebant: hæc autem à Galeno in commentarijs de officina medici chirurgicis instrumentis annumeratur, qua etiam utitur in corporibus incidendis, ut, quum costam secat, eius membranam intactam relinquat. Hæc (ut inquit Celsus) lamina ænea est, firma, paulum resima, ab exteriore parte lenis, quæ demittitur, sic, ut exterior pars eius cerebro propior sit, subinde autem ei subijcitur, quod scalpro discutiendum est: ac si excipit eius angulum, ultro transire non patitur, eoque et audacius, et tutius scalprum malleolo subinde medicus ferit, donec excisum undique os eadem lamina leuetur, tollique sine ulla


ulla noxa cerebri poſſit: hac etiam attollitur quicquid deorſum inſedit. Simile quoddam ferramentum habent noſtri chirurgici, quem uectem dicunt, cum quo attollunt os, quod fere totum exciſum eſt, etiam labat non ſecus, quam grandiores lapides uectibus impelluntur: quanquam eodem ferramento cerebri membranam cuſtodiunt. Eſt enim lamina ferrea anguſtior, ab ea parte, qua os tangit, aſpera, ab altera leuis, non recta, ſed media duobus locis recurvata.



Hactenus omnia ferramentorum genera propoſuimus, quæ ad caluariæ fracturas, et à ueteribus ſcripta inueniuntur, et

à noſtris chirurgicis frequentantur. Reſtant solum illi scal-pri exciſorij, qui oppositi nuncupantur, quibus detraxit Paulus Ægineta caluariç os grauiter fractum: ijsdem Galenus in octauo de ratione corporis incidendi, præcidi coſtas iubet. Hos igitur scalpros inter se oppositos, non aliud eſſe censeo, quam forficem, qua fabri, uel æs, uel aliud tale excidunt. conſtat enim duobus ferramentis oblongis, fibula paulò supra medium sic inter se connexis, ut alterum adduci ad alterum possit, et rurſus reduci, hæc superiori parte latescunt, qua aciem aduerſam habent, ita, ut unius acies, contra aciem alterius sita sit. Scalpros igitur oppositos non aliud fuiſſe, quam iſtiusmodi forficem opinamur.

Scalpri oppositi, siue forfex exciſoria



Inter manus operas postremam scribimus ustionem, nam et pos= tremò adhibetur, hoc est ubi reliqua præsidia, uel non prosint, uel non profutura esse uideantur; terret autem homines multo ma= gis, quam lædat, cum dolorem afferat breuem. eò autem spectare ustio uidetur, quo sectio: diximus enim partes nostri corporis, quæ extrahi, aut transferri non possunt, excidi, aut uri, sicq; remoueri, ubi manentes in corpore, uel ipsum lædunt, uel uti= litatem aliquam impediunt: tunc ergo aut excidendæ sunt, aut adurendæ. Ubi magnum sit quod remouendum est, sectione utimur: ustio enim nimis hominem torqueret, priusquam totu absummeret. Post ustionem non est necessaria sectio, sed post sectionem ustio plerumque aut necessaria est, aut certe plu= rimum utilis. nam ubi secentur partes emortuæ, putres, insa= nabili, aut prauo ulcere ac tumore laborantes, morsu aliquo uenenato ictæ, post sectionem adurendus locus est, ut sic radi= citus extirpetur, atque absumatur si quid uitij restat, ne serpere ulterius possit. Sunt qui candenti ferramento simul secent, et urant, ut simul utrumque præstent simplici dolore: sed candentis ferramentis acies imbecillior est, neque cito se= care potest, quod secandum est, ita, ut diuturniorem dolorem afferat. Quamobrem ubi magnum sit quod excidendum est, præstat primò excidere, deinde adurere: ubi autem paruum sit, licet simul utrumque efficere. quid quod etiam quod paruum est, ut uerruca, callus, in fistulis, scirrus in articulis digitorum sine sectione sola ustione absumitur? interdum uerò ad ustionem ac= cedimus, et particulam aliquam absumimus, non quo illa præ= ter naturam habeat, sed ut commodum aliquod afferat, ut obturet, adstringat, aperiat calefaciat, exsiccet, atque humore

De adurendo Cap. xi.


absumat. Jn uasis ubi fluit sanguis ustione utimur ut crusta locum obturet, sicque sanguinem supprimat, donec sub crescente carne claudatur ex toto locus et crusta resoluatur. Adstringit ustio contrahendo partes, siquidem cicatrix, quae resoluta crusta inducitur, locum adeo in ueum cogit, ut quod laxum sub erat, adstringatur, ueluti dens uesta gingiua, ueluti articulus usta carne superiecta: id quod facit Hippocrates, ubi ~~autem~~ coxa, aut humerus frequenter prolabitur: eodē spectat ustio, ad herniam, ad uesicam non retinentem urinā: uruntur enim partes superiectae, sicque contrahitur locus. Utimur ustione ad aperiendum, nam sic exigua plaga diutius patet ad exitum puris, potius quam quod minus purulenta efficitur. Aperimus etiam loca, ad quae fluere materiam uolumus, ut inde exeat, aliunde reuulsa, atque attracta: quo nomine sub genu in externa parte cruris, aut etiam in externa parte humeri, in occipitio, in uertice, candens ferramentum saepe imprimimus. calefit etiam et exicatur ustione locus nimis madefactus, ut in hydrope ad uentrem, in ijs qui pus expuunt ad thoracem, in hydrocephalo ad caput, in cerebri affectibus frigidis, et humidis, et ad uerticem, et ad occipitium, quod nunc à Florentinis medicis adurítur infantibus ferè omnibus, quibus impendere indicāt comitialem morbum: muccosa etiam cauo iuxta costas collisas, uel ad aures eiusmodi praesidio exsiccatur et ad naturalem statum reuertitur. ~

Jnstrumenta quibus utimur ad urendum, non omnia ad chirurgiam referuntur: nam medicamenta quae caustica nominantur, traduntūr quā de medicamentis: sed quia maxima ex parte ustio manu adhibetur, id circo sub chirurgia comprehenditur.

Haec

Hæc tactu calidis utitur, quæ licet magis terribilia sint, minus tamē temporis hominē torquēt, et tutiora sunt, cum nō ultra quam uelis aduvant: ex cōtrario medicamēto et diutius hominē torquēt, et sępe ultra quam uelis aduvūt: quamuis minus terreat, quòd nō sentiatur calida tactu, ut quæ à nobis calefacta, rursus nos calefaciat, et uim suā tantā proferat, ut aduvat. Vstio igitur per ea, quæ tactu calida sūt, propriè chirurgia est, siquidem illa dantur manu artificiosa: sūt autē uel liquores feruefacti ut oleū, butyrum, quod excepti lana specillo obuoluta datur ad locū aduvendum, præterea plumbū liquefactū, quod per fistulā inditur in locū, quē uolumus urere: uel corpora solidiora, ut carbones ex lignis, puta ex myrtho, ex radicibus ut gentianæ, ex putaminè iuglandis, ut etiam metalla, quibus maximè utitur ad urendum, huiusmodi sunt, ferrū, aurum, argentū. ferrū ualidius est, ut quod maiorem cōcipiat calorē, neq̧ ante liquescat, quam benè candens fiat: quod euenire uidetur auro et argento, quę, ut nonnulli existimāt, innata quadam ui, ac proprietate, partemquā aduvūt, ualidiorem efficiūt, quibus non subscribo: siquidem uis ignis in candente metallo tanta est, ut omnem aliā facultatem obscuret: quam obrem utimur ferramentis, quę manubriolū habeant, ut præcipit Galenus decimo libro de simpliciū medicamentorum facultatibus: sic enim tuto prehendi manu, ac tractari poterunt. Varia autem haberi debent, quę forma et magnitudine inter se differant, ut diuersis locis et casibus aptentur. Interdum solus stilus acutus sufficit, ut cum trahijcimus carnem in occipitio ad laqueum inserendum, aut quum urenda est paruula aliqua pars: interdum necessariū est ferramentū, quod nucleū habeat paruulū, quod demittatur in partem aduvendā: aliquando necessaria sunt ferramenta capitulata in sūmo diuersæ magnitudinis: aliquando etiam orbicularia in speciē modioli, ut sufficiant ubi maiora, et ubi minora uitia sint: possunt autē esse et simplicia, et multiplicia, prout uel uno loco tantū, uel pluribus aduvere simul uolumus, Sunt autē ꝑpe sūmitatē in uersa ~

Ferramentũ habens morã. Stilus Ferramentũ habens nucleum



ferramẽta capitulata diuersę magnitudinis.



Ratio adurendi primò exigit, ut tempore idoneo, uel per ocium, uel quando res urget, quum adurere institueris, eligas idonea instrumenta, quibus ita utaris, ne hominem lędas. Idonea instrumenta sunt ferramenta: nam quę ex auro, aut argento fiunt, ut diximus, minus adurunt, minus adhuc quę ex ligno, radice aut liquore. Ferrum quod densius est, magis calorem contrahit: itaque ubi ualde adurere oporteat, quemadmodum in fluxu sanguinis, et ubi ingens sit putredo, ferramentis utimur, alioquin alijs.

Ferramenta autem eam magnitudinem, ac formam habeant, quę loco adurendo conueniat: ubi multum est, et in orbem, quod putre est, pręstat cauum ferramentum in modioli speciem adhibere: ubi longior sit locus adurendus, expedit pluribus locis adurere.

Periculum autem quod subest, eò refertur, ne lędas partes quę iuxta sunt, aut ne ulterius penetres, quam necesse sit, sicuti nuper Florentię chirurgicus, qui ut cariem ex caluaria muliercułę adimeret, adeo candens ferramentum impressit, ut ad cerebri membranam peruenerit, hæc autem paucis illis diebus interijt.

Cauebimus autem ne partes quę iuxta sunt lędantur, si bene tegamus, ad quem usum lamina interdum utimur perforata, per cuius foramen candens ferramentum demittamus. Vtimur et fistula, ut calamo scriptorio, quem conijcimus in nares, ut per id tenue ferramentum candens detur ad os putre. At ubi subsunt partes nobiliores, ut nerui, ferramentum non imprimi debet, sed quasi transcurrere: quanquam licet uti et ferramento, quod moram habeat, ne nimis altè descendat. sed satis de urendo.

Iam tempus est finem igitur huic operi statuere, cum chirurgiam omnem, quę nobis proposita erat, complexi simus, primo libro communia pręcepta persequuti, secundo, tertio, et quarto ea,

quę

quę ad singulas operas attinebant: si quid desiderare uide=
atur, traditur in curatione singularum partium à capit' ad
pedes. ~

Finis: ~

195

cc 191 numerate